

The 21. Dec 63006

PONTIFICA UNIVERSITAS GREGORIANA

466-7

TEXTUS ET DOCUMENTA

IN USUM EXERCITATIONUM ET PRAELECTIONUM ACADEMICARUM

I, 23 23

EPISTULARUM
ROMANORUM PONTIFICUM

AD

VICARIOS PER ILLYRICUM
ALIOSQUE EPISCOPOS

COLLECTIO THESSALONICENSESIS

AD FIDEM CODICIS VAT. LAT. 5751

RECENSUIT

C. SILVA-TAROUCA S. I.

[accolus]

ROMAE

APUD AEDES PONT. UNIVERSITATIS GREGORIANAE

Piazza della Pilotta, 4

1937

73/609

M

**MONUMENTA GERMANIAE
HISTORICA
Bibliothek**

IMPRIMI POTEST

Romae, 15 Iunii 1937.

RAPHAËL BITETTI
Praep. Prov. Rom. S. I.

IMPRIMATUR

Romae, 15 Iunii 1937.

† A. TRAOLIA
Archiep. Caesarien., Vic. Oer.

Angefertigt im Auftrag des Eigentümers
gemäß den Bestimmungen der §§ 63, 64 UrhG vom 8. 8. 1968
Manufactured on Customer's Demand
Production sur demande

ROMAE • TYPIS PONTIFICIAS UNIVERSITATIS GREGORIANAE

INTRODUCTIO

... « Oportet enim vestrum imperiale decus, quod in omnibus ecclesiasticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem nostra ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini, quatenus vicem, quam nostra sedes per episcopos vestris in partibus constitutos habuit, videlicet Thessalonicensem, qui Romanae sedis vicem per Eperum veterem Eperumque novum [atque Illicum]. Macedoniam, Thessalam, Achaiam, Daciam riperensem, Daciam mediterraneam, Misiam, Dardaniam et Praevalim <tenebat>, beato Petro apostolorum principi contradicere nullus praesumat; quae antecessorum nostrorum temporibus, scilicet DAMASI, SIRICII, INNOCENTII, BONIFACII, [Caelestini]¹, XYSTI, LEONIS, HILARI, SIMPLICII, FELICIS atque HORNSDAE sanctorum pontificum sacris dispositionibus augebatur. Quorum denique institutiones ab eis illis in partibus destinatas per nostros missos, ut rei veritatem cognoscere queatis, vestrae augustali potentiae dirigere curavimus »².

Haec die 25. septembri anni 860 Nicolaus Papa I « *Dilecto filio Michaeli glorioso imperatori Graecorum* » scribebat, pertens ab ipso restitutionem Illyrici, quod a. 733, tempore litis iconoclasticae, Leo III. imperator Romani pontificis iurisdictioni abstulerat, subiciens omnem illam regionem supremo Constantiopolitani episcopi regimini ecclesiastico³. Hac via Constanti-

¹ Nulla Caelestini epistula in collectionis nostrae codice habetur.

² MGH. Epist. 6, p. 438.

³ Confl. F. DOELGER, *Corpus griechischer Urkunden*, I, n. 300 s.

nopolitanus episcopus obtinuit, quod iam a saec. V praetendebat, iurisdictionem in regiones peninsulae balcanicae, quae in *Notitia dignitatum* Imperii Romani, anni c. 400⁴, tanquam pars Imperii Orientis apparent. Praefectura Illyrici Orientalis⁵ divisa erat in duas dioeceses, Macedoniae et Daciae, Macedonia in sex provincias; Achaia, Macedonia I, Creta, Thessalia, Epirus vetus, Epirus nova et pars Macedoniae II; Dacia in quinque provincias: Dacia mediterranea, Dacia ripensis, Moesia I, Dardania, Praevalitana et pars Macedoniae II. Omnes istas provincias — Creta excepta — enumerat Nicolaus I in sua epistula tanquam episcopo Thessalonicensi subjectas, qui provincias illas Romani episcopi vice regebat. (Conf. infr. n. V, lin. 18 ss.). Quare ad probanda iura sedis apostolicae in Illyricum, mittit imperatori «institutiones» suorum praedecessorum, a Damaso usque ad Hormisdam, collectionem scilicet epistularum Romanorum pontificum ad episcopos Thessalonenses aliosque episcopos per Illyricum. Nonnullas ex ipsis epistulis citatas invenimus in diversis Nicolai litteris⁶. Quare concludere licet, extitisse Romae medio saec. IX. collectionem, quae continebat epistulas

⁴ Ed. O. Seeck, Berolini 1876, p. 8 ss. Conf. infr. p. V.

⁵ Quod a Dioecesi «Illyricum» praefectureae Italiae bene distinguendum est, cuius provinciae: Pannonia I et II, Noricum I et II, Dalmatia, Savia, nullatenus cum Illyrico Orientali de quo nos agimus, confundere licet. Quod epistulae Nicolai dictator, Anastasius Bibliothecarius, fecisse videtur, inserens in epistula de qua supra, post «Epirum novum» verba «atque Illyricum», occidentale scilicet, quod certe nunquam pertinuit ad regionem, cui episcopus Thessalonicensis tanquam vicarius Papae praeceperat. Simili modo in epistulas Iohannis VIII hanc confusionem invexit, scribens «Pannonicam dioecesim ab olim apostolicae sedis fuisse privilegiis deputatam» (MGH. Epist. VII, p. 281). Maioris adhuc momenti est confusio Moesiae I cum Moesiae II, quae semper ad dioecesim «Thracia» et praefecturam «Oriens» pertinuit. Bulgari Moesiam II occupaverant, non Moesiam I, sed Romani audientes «Moesia», putabant Bulgarios ad Illyricum pertinere: inde lis de iurisdictione in Bulgarios. (Conf. Iohannis VIII epist. 68, 71, MGH. Ep. VII, pp. 62 et 66 et maxime Anastasii Bibliothecarii epistulam 5, MGH. Epist. VII, p. 41).

⁶ Vide infr. n. V, not. b), n. VIII, nota f), n. X, not. b).

Romanorum Pontificum saeculorum IV-IV ad vicarios Thessalonicenses, aliosque episcopos per Illyricum.



Sub dispositione uiri illustris praefecti praetorio per Illyricum sunt dioeceses infra scriptae:

Macedonia, Dacia

Provinciae Macedoniae sex:

Achaea (11)

Macedonia I (8)

Crete

Thessalia (9)

Epirus vetus (10)

Epirus nova (6)

et pars Macedoniae salutaris (7)

Provinciae Dacie quinque

Dacia mediterranea (3)

Dacia ripensis (8)

Moesia I (1)

Dardania (4)

Præualitana (4)

et pars Macedoniae salutaris (7).

Sub dispositione uiri spectabilis uicarii dioeceses Thraciae provinciae infra scriptae:

Europa (VI)

Thracia (III)

Haemimontus (IV)

Rhodopa (V)

Moesia II (II)

Scythia (I) p.

(*Noitis dignitatum ed. Seeck,*
p. 8 et 56).

Huius proprie temporis — medii saec. IX¹ — est codex Vat. lat. 5751, in quo magna saltem pars huius collectionis — scilicet epistolae Damasi, Siricii, Innocentii, Bonifatii I, Xisti, Leonis — servata est. Caetera — epistulae scil. Hilaris, Simplificii, Felicis atque Hormisdiae — perierunt. Mirum certe est, codicem hunc nunquam, immediate saltem, ab editore adhibitum fuisse. Ex quo codex Vat. lat. 5751 cum caeteris Bobbiensibus tempore Pauli V in Vaticanam Bibliothecam adlatus est, vidit et adhibuit eum certe Leo ALLATIUS, qui a. 1648 in suo *De Ecclesiae Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione* plurimas sententias ex diversis collectionis nostrae epistulis de sumptas ex hoc codice inseruit, et Anatolii epistulam ad Leonem (infra n. XXI) primus edidit. Certe Lucas HOLSTE codicem Vaticanum 5751 novit, eius enim manu videntur perscriptae non nullae emendationes et adnotations in codice Vat. lat. 6339 ff. 12-62^v, quae continent apographum exactum codicis 5751, manu saec. XVII factum. Ex hoc, Vat. scil. lat. 6339, exscriptus est, et pariter saec. XVII, cod. Barb. lat. 650 (olim 3386).

Editio tamen, quae Lucae HOLSTENII nomen vane adhibens, Romae, a. 1662 a nescio quibus ignaris compilatoribus post Holstenii mortem vulgata est, certe non ex Vat. lat. 6339, vel Barb. lat. 650, multo minus ex Vat. lat. 5751 confecta est. Textus erroribus et ineptis emendationibus scatens, magis concordat duabus aliis apographis pariter saec. XVII, quae in uno codice Barb. lat. 828 ff. 1-67 et 73-108 habentur. Nullum tamen codicem inveni, in quo series epistularum ita ineptis et arbitriis mutationibus turbata appareat, ac in editione a. 1662 habetur. Hanc conspectum exhibet tabula pag. XII in columna H, compara ta cum duabus subsequentibus columnis. Proh dolor, pessimus

¹ Examen palaeographicum codicis Vat. lat. 5751 exactum mox clarus editor Monumentorum palaeogr. Veronensem, Henricus Carusi, editurus est. Quare hic breviter tantum innuam codicem a pluribus amma nuensibus coevis medio saec. IX descriptum esse. — De codicibus Bobbiensibus in Bibliothecam Vaticanam a. 1618 adlatis conf. egregiam Ioannis MERCATI S. R. E. Cardinalis introductionem in: M. T. Ciceronis *De Re publica* (Codices e Vaticanis selecti, vol. 23, 1934) p. 139.

ille textus editionis Romanae anni 1662 omnes subsequentes editiones invasit, quae aliud non exhibent, nisi iteratas textus anni 1662 editiones. Codicem Vat. lat. 5751 nemo editorum vidit, immo Petrus Ballerini in notissima illa operum S. Leonis M. editione affirmat se codicem 5751 frustra quaesivisse⁸. In edendis epistulis S. Leonis, vel aliorum ad eum, adhibuit tantum apographum codicem Barb. lat. 650, tunc 3386. Textus editionis Romanae a. 1662 habetur proinde in omnibus Conciliorum collectionibus post hunc annum editis, usque ad MANSI amplissimam, habetur etiam in Petri COUSTANT editione *Epistularum Romanorum Pontificum* vol. I, Parisiis 1721, habetur tandem in *Patrologiae Latinae* diversis voluminibus, in quae Migne editionem Petri Ccstant dispergit. Hanc textus unitatem ut ostendamus, discrepantes lectiones in apparatu nostro compendiis H (Holste), C (Constant), M (Mansi) indicavimus, quae fere semper simul adesse videbit lector.

Non miramur textum hunc pessimum Iohanni FRIEDRICH ansam dedisse ad mirum conamen, quo omnes illas collectionis Thessalonicensis epistulas spurias demonstrare voluit⁹. Miramur tamen nec ipsum, nec quemquam ex iis qui cum Theodoro MOMMSEN¹⁰ eius conamini plaudebant, quaestionem mosuisse de fontibus textus in quem invehebantur. Quod si fecissent, numquam I. Friedrich ineptas cavillationes tanquam series viri eruditus investigationes considerassent, easque inter illa conamina litteraria relegassent, de quibus C. H. TURNER egregie scripsit: « *Vix aequo iudicio, ut suspicori licet, uiri illi insignes sententiam dixerunt, adeo ... ex animo erat iis, quae ecclesiae Romanae fauere uidcantur, et auctoritatem et antiquitatem denegare* »¹¹.

⁸ ML. 54, 565; 56, 191.

⁹ *Sitzungsberichte der kgl. bayr. Akademie der Wissenschaften, phil. hist. Klasse*, 1891, p. 771 ss.

¹⁰ *Neues Archiv.* XVIII, 1893, p. 357.

¹¹ *Ecclesiae Occidentalis monumenta iuris antiquissima*, 1, 2, Oxonii, 1913, p. XIV.

Primus, qui codicem Vat. lat. 5751 exactius enarrandum curaret, fuit R. de NOSTITZ-RIENECK S. I., qui a. 1897 contra I. FRIEDRICH authentiam collectionis Thessalonicensis probavit¹³. Ulteriora argumenta collegerunt L. DUCHESNE, qui prae-sertim Theodori Mommsen dubia de authenticitate duarum epistularum imperialium (*infra XV et XVI*) refutavit et Illyrici ecclesiastici historiam usque ad saec. VIII exposuit¹⁴, et nuper F. STREICHHAN¹⁵.

Post tot egregiorum virorum scripta in defensionem authenticitatis collectionis nostrae, nemo iam de ea dubitat. Manet tamen quaestio de collectionis origine et formatione, quae intime cohaeret cum quaestione de fontibus textuum epistularum, quas continet.

Responsio facilis esset, si constaret, collectionem Thessalonicae ortam esse. Tunc enim pariter constaret, epistularum apographa facta esse ex autographis, olim Roma missis et in scrinio episcopii Thessalonicensis servatis. At, proh dolor, Thessalonicensis origo collectionis exclusa esse videtur. In tota enim causa Stephani episcopi Larisseni, metropolitae Thessaliae, in qua collectio nostra prima vice appetat, Thessalonicensis episcopus ne quidem nominatur. Theodorus, Echiniensis episcopus, orator Stephani Larisseni in synodo Romana a. 531, epistularum collectionem in hac synodo profert, hisce verbis: «verum-tamen quarundam epistularum exemplaria profero, quarum fidem fieri ex vestro nunc scrinio postulo». (98 ss.) Quo fine eas proferat, appetat ex praecedentibus eius verbis: «Nam constat venerandos sedis vestrae pontifices... specialiter... gubernacioni suae Illyrici ecclesias vindicasse» (93 ss.) Ad hoc probandum profert suam collectionem, quam Bonifatius papa, synodo

¹³ Die päpstlichen Urkunden für Thessalonike, in «Zeitschrift für kathol. Theologie», Innsbruck, XXI 1897, p. 1 ss.

¹⁴ L'Illyricum Ecclesiastique in «Byzantinische Zeitschrift», 1892 et «Églises séparées», Paris 1896, p. 228 ss.

¹⁵ Die Anfänge des Vikariates von Thessalonike in «Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte», XLIII, kanonistische Abteilung XII, Weimar 1922, p. 330 ss.

praesidens, suscipit, epistulasque in ea contentas coram synodo recitari iubet. Hoc modo, tanquam pars gestorum synodi Romanae a. 531, servatae sunt epistulae collectionis Thessalonicensis.

Sed unde nam Theodorus Echiniensis eas habuit? Romani venit, prosecuturus causam metropolitani sui, Stephani Larisseni, cuius libellos appellationis in prima sessione protulit. Ex his appareat Stephanum electum et ordinatum episcopum Larissae, iubente episcopo Constantinopolitano, depositum esse a synodo endemusa Constantinopolitana (2, 39), eumque in custodia esse « *in regia civitate* » (2, 85). Parum probabile est, Stephanum a Constantinopolitano episcopo Epiphanio facultatem accepisse, compulsandi archivia et colligendi documenta¹⁸, quibus probaret contra Epiphanium — qui, « *unum studium habuit, ut in sanctis Thessaliae provinciae ecclesiis dominus atque iudex esse videtur* » (2, 46 ss.) — « *apostolicam sedem... causas nostrae provinciae et audiare convenit et finire* » (2, 35 s.).

Ex his unum clare appareat: tota causa est contra episcopum Constantinopolitanum, et epistulae collectionis nostrae proferuntur tanquam argumenta, quibus probetur: *in Illyrico « dominus atque iudex » non est Constantinopolitanus, sed Romanus episcopus.*

Et haec nota « Anti-Constantinopolitana » totius collectionis clarissime appareat in ipsa tabula in qua seriem et superscriptiones epistularum (infra pag. XII) compendio expressi. Series chronologica epistularum — quae omnes ad episcopos datae sunt et superscriptionem iam a saec. IV adhibitam ostendunt: *Dilectissimo (-is) fratri (-bus) illi (-s) episcopo (-is), ille episcopus.* — interrumpitur a n. XV per veram et propriam collectionem Anti-Con-

¹⁸ Nisi admittamus, eum Thessalonicae, quo se antequam « *in regiam civitatem* » abduceretur, contulerat, scrinium episcopii perscrutasse (1, 119-144). Aserit enim statim postquam eum Andreas, Epiphanii servus, Thessalonicae invenerat, se Papam appellasse, et « *aliqua causae profutura documenta* » ostendisse. Probabile non est Andream haec documenta in eius manibus reliquisse, multo minus ipsi permisisse, ut ea Theodoro committat.

stantinopolitanam (XV-XXII). Quae cum per ineptas editorum anni 1662 mutationes diversimode disperrita esset, vix aliquis animadvertisit, collectionem hanc unum totum formare, et quidem diversae originis. Etsi enim scrinia ignoramus ex quibus Theodorus Echiniensis sua « *epistularum exemplaria* » (99) comparavit, unum constat: collectio illa Anti-Constantinopolitana non in Illyrico, sed Romae compilata et in seriem epistularum Thessalonicensium inserta est: Romae tantum et in scrinio sedis apostolicae exstabat exemplar autographum epistulae Marciani ad Leonem (n. XVII), Romae tantum exstabat exemplar autographum epistulae Anatolii ad Leonem (n. XXI) et ibi tantum ex autographo recitari poterant, ut probant notae « *Et alia manu* » et « *Et subscriptio litteris graecis* »¹⁶. Ex Leonis registro certe desumptae sunt duaë epistulae XVIII et XX, ut probant superscriptiones « *Leo episcopus Marciano augusto* », prorsus cōformes iis, quas in cod. Monacensi lat. 14540 (M) invenimus¹⁷.

Quare de origine collectionis nostrae haec statuenda videntur: Theodorus episcopus Echiniensis a Stephano Larissensi, metropolitano suo a Constantinopolitano episcopo vexato et Constantinopoli in custodia detento, mandatum accepit, causam Stephanii Romae apud Bonifacium papam defendendi. De Thessalonicensi episcopo non est sermo. Vicarius enim in schismate Acaciano, in quo Dorotheus Thessalonicensis ex parte schismaticorum stabat, cessaverat. Theodorus Romam advenit secum ferens integrum seriem epistularum Romanorum Pontificum ad episcopos Thessalonenses aliosque Illyrici episcopos, quas aut in propriae ecclesiae aut in metropolitani sui Larissensis episcopi archivio, vel in alio archivio ecclesiastico Illyrici conquisierat. Facile enim apographa istarum epistularum, quarum autographa in scrinio Thessalonicensi exstabant, in scriniis aliorum episcoporum Illyrici inveniri poterant, quibus in synodis vel saepe statim post acceptam epistulam a Thessalonensi vicario communicabantur. Hoc certe modo explicatur superscriptio unifor-

¹⁶ Conf. *Nuovi Studi*, p. 69 ss. (*Gregorianum XII*, 1931, p. 361 ss.)

¹⁷ Conf. *Textus et Documenta*, series Theologica, fasc. 15 et 20.

mis epistolarum ad episcopos Illyrici, quae in forma autographis propria exprimitur. Romae Theodorus collectionem suam in scrinio sedis apostolicae ampliavit et auxit; ibi invenit alterum exemplar epistulae VII; attulerat enim apographum satis vitatum et fine carens (VIIb); ex scrinio apostolico desumpsit textum integrum (VII), in registro Bonifacii I inventum. Ibi invenit collectionis Anti-Constantinopolitanae exemplaria autographa, aliaque ex registro Leonis desumpsit. Collectionem ita auctam in synodo protulit. Bonifacii papae mandatum « *scriptorum fides in sedis apostolicae requiratur scrinio* » (lin. 102), non ita intellegendum est, quod Papa lectionem epistularum dubiae fidei per miserit, sed postquam Theodori collectio in scrinio examinata et ampliata in synodo recitata est, notarius iudicium de ipsis fide protulit, quod cum altera collectionis parte periit.

Hisce de origine collectionis nostrae consideratis, non mirabimur textuum nostrorum pessimum statum: epistularum autographa lingua latina scripta, in Illyrico, cuius incolis latina lingua non quidem tam incognita erat, ac Romanis graeca, diversimode iam descripta erant, quando in Theodori manus textus pervenit: apographa quae ipse Romam attulit, vix immediate ex autographis facta sunt. Potuit certe in scrinio sedis apostolicae sua apographa ad fidem registrorum emendare. Utrum fecerit, non mihi constat. Certe epistulas ante annum 410 (I-IV) missas conferre non potuit, cum scrinium sedis apostolicae stragem gothicam a. 410 non superaverit, nullaque adfuerint registra anno 410 antiquiora. Supponamus tandem Theodorum Romae invenisse in registris omnium pontificum, quorum epistulas in sua collectione habebat, exemplaria authentica: nonne ipsi magis curae erat, « *fidem* » ipsarum probare, quam textus emendare? Forte de tali emendatione ne quidem cogitavit.

Non obstante tamen textuum pessimo statu, collectio nostra, ut cuivis legenti patet, inter pretiosissimas fontium historiae Romanorum Pontificum collectiones recensenda est. Exercitium enim primatus iurisdictionis papae non una aliave epistula, sed integra epistularum serie egregie illustratur.

TABULA SYNOPTICA COLLECTIONIS THESSALONICENSESIS

JK	H	VG	n.			Datum	pag.
155	I			<i>Synodi Romanae sessio I</i>		7. XII. 531	1
55	1			<i>Stephani Larisseni libellus I</i>			2
57	2			<i>Stephani Larisseni libellus II</i>			9
58				<i>Synodi Romanae sessio II</i>		9. XII. 531	12
58v	3			<i>Helpidii, Stephanii, Timothei episcoporum libellus</i>			13
59				<i>Epistularum Collectionis Thessalon. exemplaria proferuntur</i>			16
237	I	59	I	Dilectissimus fratribus Acholio, Euridico etc. Damasus.			16
238	II	59	II	Dilectissimo fratri Acholio Damasus			16
259	III	59	III	Dilectissimo fratri Anysio Siricius			18
285	IV	60	IV	Dilectissimo fratri Anysio Innocentius			19
300	V	60	V	Dilectissimo fratri Rufo Innocentius			20
366	XIII	60	VI	Dilectissimus fratribus Perigeni etc. Bonifacius (H: Caelestinus)		17. VI. 412	21
550		61	VIIb)	Dilectissimo fratri Rufi Bonifacius			23
665	X	61	VIII	Dilectissimus fratribus Rufo etc. Bonifacius		11. III. 422	27
663	VIII	63	VIII	Dilectissimo fratri Rufi Bonifacius		11. III. 422	32
664	IX	63*	X	Dilectissimi fratibus univ. ep. der Thessaliam Bonifacius		11. III. 422	34

350	VI	64	VII	Dilectissimo fratri Rufo Bonifacius	24
393	XIV	64	XI	Dilectissimo fratri Perigeni Xistus	36
394	XV	64 ^r	XII	Dilectissimi fratibus universis episcopis in synodo... Xistus	37
395	XVI	64 ^r	XIII	Dilectissimo fratri Proculo Xistus	37
396	XVII	65	XIV	Dilectissimi fratibus universi episcopis per Illyricum Xistus	41
	XI	65 ^r	XV	Exemplar epistulae Honorii aug. ad Theodosium aug.	43
	XII	65 ^r	XVI	Rescriptum Theodosii aug. ad Honorium aug.	49
	XVIII	66	XVII	Victores Valentianus et Marcianus... Leoni episcopo.	49
481	XIX	66 ^r	XVIII	Leo episcopus Marciano aug.	22
483	XX	67 ^r	XIX	Dilectissimo fratri Anatolio Leo	22
510	XXI	68 ^r	XX	Leo episcopus Marciano aug.	29
	XXII	69	XXI	Sanctissimo ac beatissimo coepiscopo papae Leoni Anatolius	48
609	XXIII	69 ^r	XXII	Dilectissimo frati Anatolio Leo	29
404	XXIV	70	XXIII	Dilectissimo fratri Anastasio Leo	12
403	XXV	71	XXIV	Dilectissimi fratibus episcopis metropolitanis per Illyricum Leo	12
409	XXVI	72 ^r	XXV	Dilectissimi fratibus... metropolitanis per Illyricum Leo	6
351	VII	73 ^r	XXVI	Dilectissimo fratri Anastasio Leo	62
		74 ^r	XXVII	(Dilectissimo fratri Rufo Bonifacius)	18
			IX	419	64

Cod. Vat. lat. 5751. — H: Editio Romana e. 1662; tabula clare demonstrat arbitrarias mutationes ab editore in serie epistularum codicis V facias. — Numeri Romanoi, quos epistulis praenisi, in codice denuo, exceptis VII (f. 61) pro VIII, XI abrastua f. 64 (ante VII secundum), XI (ante XI nostrum) XXV ed XXVI (ff. 72^r et 73^r) ante ultimas litteras. Apparet insuper (nn. XV-XVII) insertio collectionis Anti-Constantiopolitanae in scriptum chronologicam Collectionis Tessalonicensis. (I-XIV et XXIII ss.).

COMPENDIA

- A: Leo ALLATIUS, *De Ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione*, Coloniae 1648.
- B: Petrus et Hieronymus BALLERINI, *S. Leonis M. Opera*, I-III Venetiis, 1755-57.
- C: Petrus COUSTANT O. S. B., *Romanorum Pontificum Epistolae* I, Parisiis 1721.
- CSEL: *Corpus Scriptorum ecclesiasticorum latinorum*, ed. Academia Vindobonensis, Vindobonae, 1866 ss.
- H: *Collectio Romana bipartita*, edi copta a Luca HOLSTENIO, absoluta post eius obitum ipsius posthumis adiunctis, Romae, 1662.
- JK: JAFFÉ-KALTENBRUNNER, *Regesta Pontificum Romanorum*, vol. 1, ed. 2, Lipsiae 1885.
- M: Iohannes Dominicus MANSI, *Conciliorum Collectio amplissima*. Florentiae, 1759 ss.
- MGH AA: *Monumenta Germaniae historica*, Auctores antiquissimi.
- ML: *Patrologia latina*, ed. I. P. MIGNE, Parisiis 1844 ss.
- E: *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, ed. E. SCHWARZ, Berolini, 1914 ss.
- TD: *Textus et Documenta*, ser. theol., ed. Pontif. Univ. Gregoriana, Romae, 1932 ss.
- V: Cod. Vat. lat. 5751, saec. IX.

Post consulatum Lampadii et Orestis, virorum clarissimorum, sub die VII iduum Decembrium, in consistorio beati Andreac apostoli^{a)},

Praesidente venerabili viro papa Bonifatio, una cum Savino Canusinae civitatis, Abundantio Demetriadae civitatis^{b)}, Caroso Centumcellensis civitatis, Felice Numentanae civitatis episcopis,

10 Residentibus etiam: Sanctulo, Mercurio, Vivulo, Petro, Eventio, Hilario, Urso, Petro, Bacauda, Gaudioso, Petro, Epi-phanio, Benedicto, Servo Dei, Innocentio, Paulo, Andrea, Gaudioso, Petro, Philippo, Valentino, Januario, Dulcitio, Joanne, Redempto, Crescentione, Caelestino, Sebastiano, Libertino, Cyriaco, Pullione, Barbaro, Laurentio, Vivulo, SeleUCHO, Bono, Florentio, Rustico et Laurentio presbyteris,

15 Astantibus quoque Tribuno, Agapito, Donato et Palumbo diaconis,

Tribunus archidiaconus dixit: Theodorus vir venerabilis, Thessaliae provinciae, Echiniensis civitatis episcopus, astans prae foribus ingredi desiderat. Quid praecipitis?

Bonifatius episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: Ingrediatur.

(Cum ingressus esset) Bonifatius episcopus dixit: Audientiae nostrae tibi copiam tribuimus, desiderata insinua.

^{a)} Conf. synodos Symmachii papae, ed. Mommsen in MOH, AA XII p. 399 ss. — ^{b)} Vid. Infr. lin. 33.

1. In marg. supr.: *xpe faue uolls:* man. saec. IX; **SYNODUS ROMANA BONIFATII PP. II, Sess. p.e:** man. L. Holste: V. 5. casine: *script. V. corr. canusine;* Canosinae: HM. 6. Centumcellentia: V. 9. Hilario: HM. 11. Pretro: V. 12-13. Syriapullione: V. 16. diaconibus: V. 17. Theodosius: HM. 22. *Cum... esset: om. VHM.*

Theodorus Thessaliae provinciae Echiniensis civitatis episcopus per interpretem dixit: Stephanus sanctissimus ac beatissimus Larisseae civitatis episcopus, quae civitas metropolis est provintiae Thessaliae, libellum per humilitatem meam ter venerandae beatitudini vestræ transmisso cognoscitur offerendum. Quem quia præ manibus teneo, deprecor susceptum sibi relegi beatitudo vestræ constitutæ.

Bonifatius episcopus dixit: Fiat.

Menas notarius recitavit:

1. DOMINO MEO SANCTO AC PER OMNIA BEATISSIMO ET REVERA VENERANDO PATRI PATRUM ET UNIVERSALI PATRIARCHÆ BONIFACIO, STEPHANUS EXIGUUS.

Vos non inrationabili usus fiducia adeo, nec ignorans meam mediocritatem, sed cum anima contrita et spiritu humili et cum multis lacrimis hanc meam vobis offero supplicationem. *(Quam)* 5 ideo acceptabilem esse coram te, beatissime pater, existimo, quoniam et antea et hi qui Deo cum lacrimis supplicabant, tamquam cum holocaustibus et arietibus atque tauris, sed et cum decem milibus agnis pinguibus confidentes orabant. Cor 10 enim contritum et humiliatum Deus non spernet^a). Ergo nec tu ipse, sanctissime pater, me multis circum datum malis et ad Deum solummodo atque vestræ paterna consuetudine pietatem respicentem habebis despectui. Quoniam nullus ecclesiasticus ordo illam vestrâm, quae a Salvatore omnium et primo pastore vobis est conlata, potest praecellere potestatem. Exiguum est vel humile in quo non providentia vestrâ respicit. Quantum vos apud Deum omnes praecellitis, tanto vos necesse est cogitare, quia haec est probatio Deum amantium: Post Deum pater et doctor sanctæ Ecclesiae Petrus, vester et 15 20

^a) Ps. 50, 18.

24. Theodosius: *HM.* . . . 3. episcopus post exiguum: add. *HM.*
 4. Vos: *om. HM.* . . . 6. *Quam: om. VHM.* . . . 9. holocaustibus: *VHM.*
 14. habetis: *V.* . . . 20. ut post: *HM - ur: V;* uestræ: *HM.*

totius mundi, testatur: Quia Domino dicente tercio: A me
 25 p a s c e o v e s m e a s^{b)}, tradidit prius vobis, manda-
 tum ostendens, et per vos deinde omnibus per universum mun-
 dum sanctis ecclesiis condonavit. Denique per hoc quanti vene-
 rables effecti ante vos et quanti sanctam illam sedem habere
 meruerunt, corpore quidem in Romana gloriosa degentes civi-
 tate, spiritu autem ea quae rite agebantur omnia ordinantes et
 transgressa.... Et plurimi ex corpore Ecclesiae ab inimico-
 rum calumniantium violentia sunt liberati a Deo et a venerabili
 30 apostolica sede. Unde deprecor iudicate humilem, et
 pauparem, sicut scriptum est; iustificate^{c)}.

Mihi enim in saeculari vita erat antea provincialis ordo mili-
 tiae; mediocriter sicut erat, meam vitam transigebam. Sed quia
 Proculo beatae memoriae quiescente, qui factus fuerat Larissae
 35 ecclesiae episcopus, oportebat eidem praesulem ecclesiae ordinari.
 Decretum^{d)} factum est communiter tam cleri, quam populi me-
 tropolitani atque eorum, quorum adsensus erat actui neces-
 sarius, et secundum priscam consuetudinem tribus electis, Ale-
 xandro Sciatensi presbytero et.... presbytero, ac me exiguo
 40 meliori testimonio sortito, electionis palmam promerui. Sed
 ego conscientius mei, indignum me tanto negotio esse iudicavi, to-
 tum autem Dei gratiae atque clementiae... libenter assensi, ad
 latronem atque publicanum et alia huiuscmodi plurima exem-
 pla respiciens, quos ab extremis malis et, ut dicendum est, ab
 45 ipso fundo malorum subito Deus eripuit, animabar, et quae-
 dam data est mihi spes boni propositi. Igitur ex omnibus in
 me electionem contulerunt in decreto pariter susribentes, et
 quia ordinacionem secundum priscam consuetudinem non alibi,

b) Ioan. 21, 17. — c) Ps. 81, 3. — d) Decreti exemplum habes in
Liber Diurni form. 82 (ed. SICKEL, p. 87 ss.).

24. hoc qua: *V*; hoc quia: *HM*. 27. ornantes: *VHM*. 28. tran-
 sgressi: *HM*; lacunam statul, add. emendantes vel sim. 33. transiebam:
VHM. 34. Larissaeae: *HM*. 39. prbo et presbutero: *V*; lacun. statl.
HM. 41. consius: *V*. 42. lacun. statul; add. committens vel sim.
 43. huiusmodi: *HM*. 47. cotullerunt: *V*.

sed in eadem civitate fieri oportebat, convenit sancta provinciae
 synodus et tocius civitatis possessores omneque corpus ecclesiae,
 et communi omnium testimonio, nihil consuetudini de-
 trahentes, in ecclesia sum ordinatus episcopus. Tantam enim ala-
 critatem rei istius habebat factumque amplectebatur Probianus,
 Dei amator, Demetriadae civitatis episcopus, ut etiam provo-
 caret in ecclesia Dei laudem in meae humilitatis exercere per-
 sonam. Et ut nihil de me ipso dicens, sed <ut> his <qui> de me
 voluerunt atque elegerunt, detur intelligi, secundum Deum ordi-
 natio ista provenit. Quapropter deprecor, beatissime pater, ut
 mansuete haec audire digneris: Non enim laudem labiorum
 meorum diligens, sicut scriptum est, haec suggero, quoniam
 qui in se gloriatur, apud Dominum probatus esse non potest,
 sed ut vobis ista cognoscentibus, calumnia quae adversus me
 excitata est, evidenter appareat. Quanta vero deinde dixerint...
 atque provinciales episcopi et sanctae cleris ecclesiae ostendens
 se pro mea ordinatione gaudere, superfluum iudicavi vestris
 auribus intimare. Quiescente igitur bonorum omnium inimico
 et Deo mea non respiciente peccata, res erat in pace, et nullam
 perturbationem sustinebat ecclesia, et erat caritas omnium
 celans delictum^o), sicut scriptum est. Sed nescio unde
 incitati Antonius timoratus presbyter atque dispensator, et Pro-
 bianus Dei amator, Demetriadae civitatis episcopus, — illum dico,
 beatissime, Probianum, qui alios festinantes meas laudes dicere
 repellens, ipse in ecclesia Dei titulos meae laudis exercuit, —
 pariter Demetrium Dei amatorem, Sciathensis civitatis episco-
 pam et alios suae portionis suadentes esse particeps, nec sub-
 scriptiones quae in decreto continentur erubescentes, nec Pro-
 bianus suam laudem et totius ecclesiae testimonium, sed nec
 illa quae dixerunt vel egerunt, quomodo meam amplectentes

^o) Prov. 10, 12

52. detrahente: VHM. 56. dicente, ex his qui me: HM. 57. da-
 tur: HM. 63. exitata: V. - dixerint & provinciales: HM; lacunam sta-
 tul, add. Probianus (?). 66. intimare: om. HM. 70. Probianus de-
 famator: VHM.

fieri ordinationem, quomodo et ante ordinationem gratam meam
 80 sibi fuisse personam, quomodo et celebratam ordinationem li-
 benter tulissent, ad regiam urbem subito profecti sunt, et quan-
 dam componentes accusationem, sanctissimo eiusdem civitatis
 archiepiscopo Epiphanio querelas deposuerunt, dicentes meam
 ordinationem sanctis canonibus minime convenire, sperantes ut
 85 in meo loco alter subrogaretur episcopus. Ergo ista me inci-
 piente dicere, angustia me utique detinet: Si enim dixero, quae
 in me exercuerunt, vel tempestatem quae nunc vitae meae im-
 minet, aut illa quae minantur, quia saeviora existunt, ne quis
 90 me protervum aut audacem esse iudicet aliqua dicentem de
 tanto ac talis ecclesiae praesule. Si vero ista tacuero, ut mihi
 est, unde enim habebo auxilium? Sed magni Dei et salvatoris
 nostri Jesu Christi et vestrae beatitudini et pietatis serenissimi
 imperatoris me committens iudicio, tacere non potui. Cum ergo
 95 mea accusatio ad sanctissimum archiepiscopum Epiphanium per-
 venisset — rursus ac saepius veniam peto de his quae dicturus
 sum, ista non proterviae vel audaciae sed necessitatis esse iudi-
 ceticis sanctissimi patres — commonitorium, sicut ipsi vocant, fa-
 ciens ad nomen Andreae viri religiosissimi diaconi et notarii sanc-
 100 tae suae ecclesiae, ad Thessaliam direxit provinciam, praecipiens
 me a sacro recedere ministerio, utpote non secundum canones or-
 dinatum. Nulla accusacionum probacione, nec canonica evoca-
 cione usus, alios episcopos eiusdem provinciae et clerum sanctae
 nostrae ecclesiae a mea communione suspendit. Et quod est no-
 vissimum nec cibos aut quae sunt necessaria de rebus eccl-
 105 esiasticis me habere permisit, sed quae in convictis solent fieri,
 haec in me antequam aliqua examinacio iudicii proveniret exer-
 cuisse dinoscitur. Etenim in his qui revera delinquunt, pluri-
 mae misericordiae sunt ab ecclesiis constitutae. Haec ergo An-
 dreas vir religiosus quem suggesti superius, in me iussus est
 110 exercere, ut antequam in iudicio... qui me a communione
 suspendit, responsorum meam praesenciam exhiberet, et Spe-

81. tulisse: *VHM.* 94. accusatio: *V.* 98. diaconis: *VHM.*105. solet: *V.* 110. Ut aequa in iudicio qui me: *V;* Utque eius iudicio
 qui me: *HM;* lacunam statul. 111. suspendi: *V.*

racium, Gonfensis civitatis. episcopum atque Helpidium The-
 banum, sed et Stephanum Lamiensem, quasi magis¹¹² *tros*
 meae illicitae ordinacionis, pariter exhibere iussus est. Deme-
 trium autem et Probianum viros religiosos, qui antea magna 115
 pars meae fuerant electionis atque ordinacionis, habens apud
 se is qui me ad causam compellebat, in meam perniciem om-
 nino fovebat. Me autem praedictus vir religiosus Andreas ibi-
 dem non invenit, quia ad Thessalonicensem magnam civitatem
 fueram paulo ante profectus. Clero autem et quantos alios po-
 tuit pepperire congregatis, commonitorium eis relegit et episto-
 lam ad eos directam. Erant autem ad clerum tales litterae factae
 ab eodem sanctissimo viro, gestaque confecit apud defensorem
 civitatis, cuius exempla exiguis meis libellis subdere non omisi.
 Factus est autem brevis de sacris vasis atque rebus ecclesiasti-
 cis, et aliqui ab ecclesiasticarum sollicitudine *(rerum)* ab An-
 tonio viro religioso, qui conivebat ubique viro religioso Andree,
 sunt remoti. Qui praedictus Andreas ad Thessalonicensem ma-
 gnam civitatem veniens, mihi et Helpidio atque Stephano prae-
 dictis Dei amatoribus episcopis, quae iussa atque interminata 120
 sunt, ostendit. Ego vero nec accusatorum nec aliorum conatus
 metuens, sed ad Deum solummodo et ad leges sanctae Eccle-
 siae et ad principatum sanctorum ecclesiarum traditum vobis
 respiciens, mox inter acta dixi, ut si oporteret me ad aliquem
 accusantem respondere aut de mea ordinacione aliquid iudi-
 care, non sub eo, qui nunc iudicare dignatur, causam me dicere 125
 necesse est, sed alibi, apud quem sacrorum canonum lex cu-
 stoditur et usque hactenus consuetudo servatur, memoriam fa-
 ciens vestri sancti capitis et apostolicae sedis, dicens vos esse
 dominos huius examinacionis, supplicants nihil in me debere 130
 novi fieri aut quod potest bene composita disturbare. Nam qui
 locus mihi remedii remansisset ad vos beatissimos iudicii domi-

112. spacium, Gonfensis clivitati: *V*; Eustathium Gonfensis cliv-
 tatis: *HM*. 113. Lamiensem: *V*; Laminensem: *HM*. - magis meae:
VHM. 114. exhibere, *corr.-rl*: *V*. 123. gestamque: *V*. 124. non-
 nomini: *V*. 126. ecclesiasticorum: *HM*. 127. conhibebat: *V*.
 quorum: *VHM*. 135. accussantem: *V*.

nos, si haec non dixissem? Sed nec hoc solum dixi sed aliqua
 causae profutura documenta ostendi. Significant autem ista
 gesta quae facta sunt, quae meis exiguis libellis adiunxi, et
 145 decretum in me factum et titulos laudis. Ego quidem arbitrabar
 hanc finem flagitacionis causee meae esse potuisse si vobis, qui-
 bus a Deo datum est iudicare, nominatis, incompetens se per-
 sona subtraheret. Non est enim Deus perturbacio-
 150 nis sed pacis^{f)}). Nec haec quidem vel alia ad quietem
 meam sufficere potuerunt, sed invitus ad regiam urbem sum de-
 ductus, et nisi quidam timentes Deum et repositam promissio-
 nem visitatores carcerum prospicientes atque expectantes meam
 praeſenciam adesse promitterent, vincitus utique fueram, homo
 155 nullum nocens, sicut arbitror, nisi cur elegantibus me consensi et
 spei Dei me committens ordinari promerui, et quia fiducialiter
 dixi quod, si oportet, examinatio, si qua fuerit, ab eo fieri de-
 beret, qui est huius examinacionis dominus constitutus. Et alia in
 me facta sunt, atque exerceri non dubito. Conpellor autem, nec
 160 aliquod tempus respiracionis habeo, nec qui pro me cogitet in
 tantis cladibus potero repperire. Deteriora vero ab his quae mi-
 nantur, me sustinere confiteor, damnationem, exilium et quantae
 criminum sunt vicissitudines immerenter expecto. Quapropter
 165 unicum nunc a vobis... et vestrae apostolicae sedis confidens re-
 medium postulo, spes enim, ut divinum dicit eloquium,
 non confundetur^{g)}). Quod si quis esset qui praesideret,
 quem sancti canones in hoc negotio iudicem esse decernerent,
 oportebat sicut existimo eum prius de accusatorum vita iudicare
 et cognoscere, quia accusatores esse non possunt illius, qui quam-
 170 vis humilis, episcopatus honorem promeruit. Sed quia propter
 fiduciam vestri sicut dixi offendi, haec sunt pro meis partibus
 praetermissa, et in quibus malis superius nominavi, sum con-

f) 1 Cor. 14, 33. — g) Rom. 5, 5.

147. fidem: VHM. 153. visitatione: HM. 158. Et aliqua: V et
 alla quae: HM. 160. nec quis: VHM. 161. qui...: V; qui. HM
 164. lacunam statul; add. auxillium peto vel sim.; vobis et vestrae apo-
 stolicae sedi: HM. 172. praemissa: HM.

stitutus. Ideoque supplico vobis si qua est Dei misericordia, si
 qua pietas, si qua dilectio, transite et hic ipsum in sancto Spi-
 tu secundum beatum apostolum auxilium mihi ferentes, vestri
 et vestrorum decessorum illius beatae sedis recordantes, quia
 nullum unquam ab aliquo iniuste noceri passi sunt. Siquidem
 cito succuratis oppresso, confido me a malis meis ea celeritate
 salvari. Si autem quod absit mea peccata vestram moraverint
 pietatem, saltem si aliquid ab insidianibus velociter fuerit
 actum, et sic sanctis canonibus adesse vos convenit, et exequi
 in his quae praetermissa sunt. Hoc enim opus vestrum est beatissime,
 die ac noctu sanctorum patrum et venerabilis atque
 apostolicae vestrae sedis leges atque constituta in omnibus qui-
 dem ecclesiis, praecipue autem in vestra Illyrica provincia cu-
 stodire.

Et alia manu: Stephanus exiguis episcopus sanctae Lar-
 issenae ecclesiae huic libello a me facto manu propria sub-
 scripsi et domino meo sanctissimo ac per omnia beatissimo, etiam
 venerandissimo patri patrum et universali patriarchae Bonifa-
 cio destinavi.

Abundantius Demetriadae civitatis episcopus surgens e con-
 sessu dixit: Praetermittere non potui audiens nomen Probia-
 ni: Is de quo agitur Probianus ipse est qui meam ecclesiam in-
 vasit, et me veniente ad beatitudinem vestram cum litteris Pro-
 cli episcopi, captans absentiam meam per temeritatem locum
 meum usurpavit, et secundum sanctos canones non debet epis-
 copus nominari. Adversus quem rogo beatitudinem vestram
 ut sedis apostolicae mihi disciplina subveniat.

Bonifatius episcopus dixit: Et libelli oblati recitatio et pro-
 secutio fratris et coepiscopi nostri Abundantii gestis indatur,
 et si qua sunt alia desideramus agnoscerre.

Theodorus Echiniensis civitatis episcopus provinciae Thes-
 saliae per interpretem dixit: Et alium libellum idem sanctissi-

181. adesse nos: V. 185. urām hyllirica: V. - Illyricana: HM.

36. venientem: V. - Proculi: H, om. M. 37. captas absentia mea: V.

44. Theodosius: HM.

mus Stephanus metropolitanus episcopus ad beatitudinem vestram per meum direxit obsequium, quem peto ut vestris sensibus relegi censeatis.

Bonifatius episcopus dixit: Libellus quem offert, suspectus
50 a notariis recitetur.

Cumque suspectus fuisset, Menas notarius recitavit:

**2. DOMINO MEO SANCTO AC BEATISSIMO ET REVERA VENERANDO
PATRI PATRUM ET ARCHIEPISCOPO ATQUE PATRIARCHAE BO-
NIFACIO DATA SUPPLICACIO AB STEPHANO EXIGUO.**

Quae antea in spe erant et me metuere ac tremere et sanc-
5 tam apostolicam vestram sedem invocare faciebant, haec cum
adprachendissent atque constringerent meam miseram vitam,
amplius magis vestram beatitudinem appellare compellunt.
Ecce tempus acceptabile, ecce nunc dies sa-
lutaris^a). Libera me ab inimicis meis, et a persequentibus
10 eripe me: Etenim circumspersa est aqua mihi usque ad animam
venerabilis pater, et abyssus novissima circumdedit me ascendit
ex corrupcione vita mea, sicut scriptum est^b). Si enim miserationes
Dei non praevenerint, ego quidem opus factus sum, quale
ipsi voluerunt, inimicorum meorum. Floro autem atque lugeo,
15 quia diu etiam ecclesiasticus ordo pericitatur. Cum enim — se-
cundum multam misericordiam Dei qui hominibus peccata minime
reputat — in civitate Larissa, quae est provinciae Thes-
saliae, electus sum atque ordinatus episcopus, ex his quidam
qui me elegerunt et saepius scriptis suis suam electionem fir-
20 maverunt, ut dignus sacerdocio iudicarer, videntes mei studii
esse antiquam consuetudinem in nostris sanctis ecclesias re-
vocare, . . . sperantem me apud beatissimum praesulem sanctae
regiae urbis ecclesiae accusaverunt. Ille autem accusacionem

^a) 2 Cor, 6, 2. — ^b) Conf. Ps. 68, 15, 2, 3.

15. quia du: *V*; dum: *HM*. 15. qm enim: *V*; quoniam: *HM*.
18. ex is: *V*. 21. antequam: *V*. 22. reuocare separantem: *V*; reuo-
care, separantes: *HM*; lacunam statul. 23. accusacionem: *V*.

suscipiens, nihil ante discutiens de his quae oportet requiri de episcopo accusato, continuo me ab omni ecclesiastico ministerio separavit, aliquem de religiosis clericis sanctae sue ecclesiae cum litteris, quas commonitorium nominant, ad provinciam Thessaliam dirigens. Et cum ista nec civilitati nec mundanis legibus convenient, nec ordo canonum hoc fieri evidenter admittat, ut ante examinacionem iudicii vindicta procedat, — olim quam maxime divina praedicante Scriptura: *a u d i t u m i n a - n e m n e a d m i t t a s*^{c)} — Sed tamen cum venisset in Thessalonicanam vir religiosissimus qui praeceptum deferebat, et aliqua mecum per contencionem exercere voluisse, continuo ei dixi apostolicam sedem — id est vestrae beatitudinis — causas nostrae provinciae et audire convenit et finire. Sed regiae urbis sanctissimus archiepiscopus non quiescens, etiam me contra canones exhiberi praecepit. Et cum venissem conventum faciens episcoporum, qui ibidem commorabantur, hoc denuo allegare non distuli, sancti ac beati capituli vestri sedem apostolicam implorans, et consuetudinem, quae usque hactenus in nostra tenuit provincia, non debere convelli, et supplicabam, ne auctoritas sedis apostolicae, quae a domino nostro Iesu Christo et a sacris canonibus data est, et per antiquam consuetudinem servata est, in aliquo violaretur. Sed nec sic a sua voluit intentione recedere, sed assumens audienciam unum studium habuit, ut in sanctis Thessaliae provinciae ecclesiis dominus atque iudex esse videatur. Ego igitur fluctuantem tempestatem respiens, ad sanctum et tutissimum vestrum portum confugi, et petitionem faciens, haec ipsa suggestens ad vestram beatitudinem destinavi, supplicants ut in me pietatem Dei, et sanctae Ecclesiae quae periclitantibus semper succurrit, ostendas. Senticentes autem, ut arbitror, meae vitae insidiatores, quia non despiciatis quae acta sunt, sed exequimini, sicut sanctitatis vestrae mos est, et ordinem sanctorum ecclesiarum vindicatis, omni

c) Forte Eph. 5, 6.

24. deisque opotet: *V.* 40. distullit: *V.* — capituli: *V.* 42. provinciam: *V.* — autoritatem: *V.* 43. quae ut: *HM.* 44. ita et: *HM.* 54. exequamini: *V.* 55. vindictist: *V.*

conatu usi sunt, antequam aliqua ordinacio yestra proveniat,
 suam perficiant voluntatem. Cum igitur nihil adprobatum de
 me fuisset, nec ulla culpa esset canonicae ulcionis digna inventa,
 sentenciam protulerunt: condemnantes me a sacerdotali officio
 60 suspenderunt, cum me constet non demissum fuisse pro meis
 plenius partibus allegare, sed et petenti aliqua meae causae
 profutura ostendere non esse permissum. Quapropter supplica-
 bam, ut non ante sentencia diceretur quam quae acta sunt ad
 vos beatissimos referantur, ut inde vestra causa: discussio ser-
 65 varetur. Quod dictum magis eos adversum me amplius incita-
 vit, putantes de sanctarum ecclesiarum regiae urbis iure aliquid
 minui, quod ego apostolicam vestram sedem visus sum nomi-
 nasse. Etenim dixi, quia auctoritas sedis apostolicae, quae a
 Deo et salvatore nostro summo apostolorum data est, omnibus
 70 sanctarum ecclesiarum privilegiis antecellit. In cuius confes-
 sione omnes mundi requiescunt ecclesiae. Sententia igitur lecta
 iustum denuo vestram audientiam imploravi, apud quam nulla
 cuiuslibet disceptatio vestram potest disturbare iusticiam, sed
 timor Dei, qui inest in vobis, ipse unicuique sua facit per vos
 75 iura restitui. Arbitror autem, venerabiles, quia despicientes illi,
 quae olim in me gesserunt, rursus et in secundis... eadem
 erunt acturi, et suspicor, quia non usque ad hoc adquiescant,
 sed etiam circa corpus meae miseriae suas exerant inimicicias,
 ut me obeunte nullus possit accusator existere. Nam *(cum)* re-
 80 lecta fuisset sententia mox in custodiam Dei amatoribus sanctae
 ecclesiae defensoribus datus sum. Sed aliqui Deum timentes et
 meam miserantes miseriam, quod essem undique destitutus, in
 sua fide *(me)* suscepérunt,... multam pro me quantitatem pe-
 cúniae promittentes, quia non recederem sed obesrvaturum *(me)*
 85 esse in regia civitate, hunc habentes magnopere tractatum om-
 nes qui adversus me ista concinnaverunt, ut non possim ad ve-
 stigia vestrae beatitudinis convolare, et haec quae acta sunt
 voce propria indicare et pro Dei mandato aliquam misericor-

59. protullerunt: *V.* 66. scarum: *V. sacrarum: HM.* 76. secun-
 dis: eadem: *VHM; lacunam statul, add. gestis.* 83. suscepérunt mul-
 tam: *VHM; lacunam statul, add. fundentes vel slm.* 87-88. et haec...
 indicare: *om. HM.*

diam a vobis percipere. Deprecor igitur vos, miseremini homini humili et exerto animo adiuvate me per gratiam, quae vobis a Domino est conlata. Si enim et alia peccata dimittere potestatem a Verbo Dei perceperitis, divina dicente scriptura, quia quod in terra solveritis, hoc et in caelis esse solutum^{d)} quanto magis habebitis potestatem in his quae adversum me acta atque decreta sunt: Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu es adiutor^{e)}, quia ego ab omni humana spe derelictus esse cognoscor.

Et alia manu: *Stephanus exiguus huic supplicacioni meae subscripti.*

Bonifacius episcopus dixit: Quae lecta sunt ecclesiasticis indantur annalibus^{f)}.

Et adiecit: Quoniam diei pars maior exempta est, futura sessione si qua alia superesse credis, intimare non differas.

9. XII. 531.

Post consulatum Lampadii et Orestis^{g)} virorum clarissimum sub die V iduum decembrium in consistorio beati Andreae apostoli:

Praesidente venerabili viro papa Bonifacio una cum Savino Canosinae civitatis, Abundancio Demetriadae civitatis, Casero Centumcellensis civitatis, Felice Numentanae civitatis episcopis,

Residentibus etiam: Sanctulo, Mercurio, Vivulo, Petro, Evento, Albino, Urso, Petro, Epiphanio, Benedicto, Servo Dei, Gaudioso, Petro, Valentino, Renato, Florentino, Hilario, Paulo, Bacauda, Innocentio, Andrea, Gaudioso, Philippo, Crescentione, Libertino, Januario, Sebastiano, Cyriaco, Vivulo, Dulcitio,

^{d)} Conf. Math. 16, 19. — ^{e)} Ps. 9, 35 (Hebr. 10, 14). — ^{f)} Conf. Infr. llin. 87.

^{g)} Ses. 2^a: *In marg. man. Holste.*

90. excerpto: *V*. externato: *HM*. 56. Sessio secunda: *HM*.
65. Hilario: *VHM*. 66. Bacauda: *V*.

Joanne, Pullione, Andrea, Bono, Laurentio, Seleucho, Rustico, Celestino, Barbaro, Laurentio et Redemptio presbyteris,

⁷⁰ Adstantibus quoque: Tribuno, Agapito, Donato, et Probo diaconis,

Tribunus archidiaconus dixit: Theodorus Echiniensis civitatis episcopus provinciae Thessaliae sicut praeterita sessione constituitis, observat. Quid iubetis?

⁷⁵ Bonifatius episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: Veniat.

Cum ingressus esset, Bonifatius episcopus dixit: Ingressus quid desiderat prosequatur.

Theodorus Echiniensis civitatis episcopus provinciae Thessaliae per interpretem dixit: Helpidius, Stephanus, et Timotheus venerabiles episcopi fratres mei Thessaliae provinciae per me offerendas sanctae beatitudini vestrae preces destinasse noscuntur, eas quoque me offerente vobis recitari praecepit.

⁸⁰ Bonifatius episcopus dixit: Haec etiam chartula notarii recitatione pandatur.

Cumque suscepta fuisse, Menas notarius recitavit:

3. DOMINO NOSTRO SANCTO ET BEATISSIMO ET REVERA VENERANDO PATRI PATRUM ET ARCHIEPISCOPO BONIFACIO PATRIARCHAE HELPIDIUS, STEPHANUS, ET TIMOTHEUS EXIGUI EPISCOPI.

Necessitates, quae nos constringebant, olim vestra cognovit beatitudo, et parvum componentes libellum, sanctissime patre, dudum mala quae pertulimus et saeviora quae expectamus, declarantes significavimus, et quia voluntati atque minis eorum, qui adversum nos ista moluntur servientes, unum habent studium, ut Stephanus Dei amator episcopalii privatetur officio. Sed ad huc eo loquente alter nuntius deteriora significans venit^{a)}). Factis enim prioribus, audientes sanctissimus

^{a)} Job. 1, 17.

68. Selaicho: *V.* 71. diaconibus: *VHM.* 72. Theodosius: *HM.* 77. CVIE: *V.* 79. Theodosius: *HM.* 82. scae: *V;* sacrae *HM.* 4. uram: *V.* 10. deterior: *V.*

regiae urbis ecclesiae praesul et quae cum eo fuerat sancta syndus, in pristina voluntate persistentes, eripuerunt a nobis Stephanum Dei amatorem, pastorem nostrum et sanctae Larisseae ecclesiae, quae est metropolitana civitas provinciae Thessaliae. 15 Condemnacionis sententiam componentes sicut eis complacuit, adiecerunt non licere eum ad Thessalam proficisci provinciam. Sed predictus Dei amator vir saepius inter acta contestatus est sanctissimum regiae urbis praesulem et synodum quae cum eo convenerat, quia non licet eos istam audientiam adsumere, 20 et quam maxime aliquid decernere, sed apostolicae sedi — id est vestrae beatitudini — convenit. Illi autem contemnentes eius contestacionem et quam maxime inde amplius incitati, inmisericordem sententiam protulerunt, illum quidem sicut putaverunt a sancta nostra ecclesia removentes, ius autem in nostra provincia sibi facere praeparabant, ut exemplo isto... nemo audeat de sanctarum ecclesiarum nostrarum iure quicquam dicere, nec memoriam facere antiquitatis, vel eorum quae usque hactenus tenuerunt, quia studii eorum est, ut sub ordinacionem et ius sanctae regiae civitatis ecclesiae nos miseros efficiant. Pro quibus omnibus lugentes die ac noctu omnium salvatori Jesu Christo domino nostro lacrimas fundimus, et miseram nostram praetendimus canitiem, supplicantes ne nos in manibus eorum tradipatiamini. Pro his enim et vestram appellamus beatitudinem et apostolicam sedem, et per eam ter beatum Petrum, atque sanctae Ecclesiae primum pastorem Christum dominum nostrum adire et adorare credimus, sperantes, ut miserorum hominum petitionem, quam cum anima tribulacione atque doloribus plena porrexiimus, minime despiciatis, sed ista congrua emendacione corrigentes, rebus istis succurrentes, remedium donare dignemini, — quia defecit spiritus noster^{b)}, sicut in psal-

b) Ps. 142, 7.

14. nrm: V; nostrorum: HM. 19. scissimus: V. — praesule: V.
 20. conuenerant: V. 21-22. sedi id — conuenit beatitudini: V; sedis id conuenire beatitudini: HM. 24. sic: V; sic: HM. 25. remouendum: HM. 26. lacunam statul, add. perterritus vel sim. 32. do nro: V; Deo nostro: HM. — lacrimis: V. 36. dm nrm: V. 37. audire: VHM.
 40. dare: HM.

mis dictum est ab eo, qui in angustia animi supplicabat — quatenus Dei amator vir, qui sedis apostolicae ius custodire contendens, tanta visus est pericula sustinere, apostolica autoritate suo restituatur officio, prospicientes in futurum, ut consuetudo sanctorum ecclesiarum nostrae provinciae nullatenus convellatur. Quia si non Dei misericordiae et vestra iuvamina nos prae-venerint, tercius aut quartus nuntius similia deportans veniet^{c)}, quia non usque ad Stephanum Dei amatorem eorum conquiescit intencio, sed et aliis plurimis ista facient, et non ante quiescent, quam ut ad effectum desideria sua perducant.

Et alia manu: *Helpidius exiguus episcopus sanctae Thebae ecclesiae supplicans per Johannem presbyterum meum, quia p[re] dolore manus meae suscribere non potui, me iubente subscripsit.*

⁵⁵ *Timotheus exiguus sanctae Dioecesiensis ecclesiae supplicans subscripsi.*

Patricius exiguus presbyter sanctae Dei Laminensis ecclesiae ad regiam urbem veniens pro persona Stephani sancti episcopi mei ipso iubente supplicans subscripsi.

Bonifatius episcopus dixit: *Quae lecta sunt transscribantur^{a)}.*

Et adiecit: *Si quid est aliud suggeratur.*

⁹⁰ *Theodorus Echiniensis civitatis episcopus Thessaliae provinciae per interpretem dixit: Ex lectione libellorum vestra cognovit beatitudo quae acta sunt contra sanctos canones et ordinacionem decessorum vestrorum. Nam constat venerandos sedis vestrae pontifices — quamvis in toto mundo sedes apostolica ecclesiarum sibi iure vindicet principatum et solam in ecclesiasticis causis undique appellari necesse sit — specialiter tamen gubernacioni sua Illyrici ecclesias vindicasse. Et nota sunt vobis*

^{c)} Conf. supr. not. a.)

^{a)} Conf. Supr. lin. 42, 53.

50. quiescent: HM. 57. Laminensis: V. 89. Theodosius:
HM. 91. relectione: HM. 93. urom: V 96. appellare: HM.
97. gubernacionis: V

omnium praecedencium scripta pontificum; verumtamen quārundam epistularum exemplaria profero, quarum fidem fieri ex vestro nunc scrinio postulo.

Bonifacius episcopus dixit: Prolatarum *(exemplaria)* epistularum recitentur, et scriptorum fides in sedis apostolicae requiratur scrinio.

Cumque suscepta fuissent exemplaria litterarum, Menas notarius recitavit:

I. DILECTISSIMIS FRATRIBUS ACHOLIO, EURIDICO, SEVERO, URANIO, PHILIPPO ET JOHANNI *(EPISCOPIS)* DAMASUS *(EPISCOPUS)*.

Decursis litteris dilectionis vestræ fratres karissimi, satis sum contristatus, . . . eo tempore quo Deo præstante heretici fuerant abiecti, nescio quos ex Aegypto venientes in postulatione, contra regulam ecclesiasticae disciplinae alienum a nostra professione Cynicum in Constantinopolitana civitate ad sacerdotium vocare voluisse^{a)}. Qui igitur is fuerat ardor animi, quam foeda praesumptio, scire non possumus. Hinc apparet inquietos homines cum multa præsumunt, quid agere debeant ignorare. Non legerant apostolum scribentem: *Vir autem si comam habuerit, ignominia est illi*^{b)}. Nesciebant philosophorum habitum non convenire incessui christiano. Non audierant monimentum apostolum, ne per philosophiam et inanem seductionem^{c)}, quam diu crediderant, spoliarentur sanae fidei indumento. Quanta igitur haec festinatio fuerit nescio, ut cum christianis hic

I. Scripta an. 380. — Edd. H p. 37 = M p. 749; C p. 535 = ML 13, p. 365. JK 237. — ^{a)} De Maximo Cynico conf. S. Gregorii Naz. *Carmen de vita sua* v. 750 ss; Orat. 25, 26. — ^{b)} 1. Cor. 11, 14. — ^{c)} Conf. Col. 2, 8.

101. exemplaria: om. V; Prolatae epistolæ recitentur: HM. 102. requirantur: V.

1. Acolio: V. 2. Ihoanne: V. 5. lacunam statul; add. forte cognoscens vel videns; contristatus eo tempore: HCM. 6. luerant abiecti: HCM, abiectis: M. 8. ciuitate Cynicum: VHCM. 12-13. comam nutritat: HCM. 16. Indumentum: V.

habitus displiceret, tam insolenter totum quod non decuerat ageretur. Sed quid aliud facere debuit improbitas hominum levissimorum, quam ut expulsi ecclesia, clam intra parietes alienos ambientem — quantum intelligi datur — inquietum hominem ordinarent. Sed haec inimici intelleguntur esse commenta, qui hereticis sumministrat materiam detrahendi. Impletum est quod evangelicus sermo dixerat: *Omnis — inquit — plantatio quam non plantaverit Pater meus celestis eradicabitur^{d)}.* Hoc est quod saepe dilectionem vestram commonui, ne fieret aliquid inconsiderate. Nescit sinceritas vestra, quod in saecularibus bellis ibi maior cura militum excubat ubi hostis insistit? Si ergo nobis episcopalibus armis semper est resistendum, debemus sollicite agere, ne — quod Deus prohibeat — gregem Christi in praedam lupis rapacibus relinquamus. Philosophia sapientiae saecularis amica est, inimica fidei, venenum quoddam spei, bellum gravissimum caritatis. Qui ergo consensus templo Dei et idolis, quae participatio Christo et Belial?^{e)} Sed fortasse dicturi sunt aliqui: christianus erat. Huic homini qui in habitu idioli incedit, numquam adscribendum nomen est christiani, quia fieri non potest, ut qui hinc placere gentibus desiderat, ullum nobiscum consorium integrae fidei possit habere. Non inmerito autem qui ex Aegypto venient, notati ab omnibus discesserunt, errorem suum condemnantes, ut amputatis eius postea capillis, qui non recte fuerat ordinatus, et iacturam capitis sustineret, et quod ambierat esse non possit. Recte igitur factum est, ut id quod male coeptum erat, auctoritate publica destrueretur^{f)}. De caetero commoneo sanctitatem vestram, ut quia cognovi dispositum esse Constantinopoli concilium fieri debere^{g)} sinceritas vestra — *(provideat)*,

^{d)} Matth. 15, 13. — ^{e)} Conf. 2 Cor. 6, 15, 16. — ^{f)} Ως τὴν καθέδραν βασιλικῷ προστάγματι πήξων ἐπύπη, τῷ στρατοπέδῳ προστρέχει, κακεῖθεν αὐθις ὡς κύων ἀποβόψεις: Greg. Naz. *Carm. de vita.* 1007 ss.

^{g)} Congregatum m. Mayo a. 381.

20. ecclam: V; ecclesia intra: HCM. 25. qd nō: V; pat mūs: V.
 26. Hoc et: V. 31. proibeat: V. 33. libellum: V. 35. Bellae: V; Sic ut fortasse: V. 36. Incidit: V. 42. sustinerem: V. 46. vestra quemadmodum: V; vestra det operam: HCM.

quemadmodum praedictae civitatis episcopus eligatur, qui nullam habeat reprehensionem, ut Deo propitio, cum integra pax catholicorum sacerdotum fuerit confirmata, nullae deinceps dissensiones in Ecclesiae orientur, ut praestante Deo, quod iam dudum optavimus, cum catholicis sacerdotibus possit pax perpetua perdurare. Illud praeterea commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta maiorum nostrorum^{b)} de civitate alia ad aliam transduci et deserere plebem sibi commissam et ad alium populum per ambitionem transire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc schismata fomenta graviora accipiunt, cum et illi qui amiserint sacerdotem sine dolore animi esse non possunt, et illi qui alterius civitatis acceperint episcopum, etiam si gaudeant, invidiosum sibi intellegunt fore, sub alieno se agere sacerdote.

Item recitata est:

II. DILECTISSIMO FRATRI ACHOLIO <EPISCOPO> DAMASUS <EPISCOPUS>.

Ad meritum filii mei Rustici addi aliquid amplius non potest, domine frater honorabilis. Hic enim cum habeat praerogativam officii sui quod silentarius sit filii nostri Gratiani augusti, huc accedit, quod gratiam Dei Romae consecutus est, ita ut vellet munitus, ad illas partes missus, venire. Hunc ergo in omnibus honorificentiae tuae commendo, quasi proprum pignus suscipere digneris, ut Deo propitio in peregrinacione constitutus intellegat se a consacerdotibus Dei et diligi et honorari. Ad litteras sanctitatis tuae plene rescripsi^{a)} non mihi placuisse, quod

^{b)} Conc. Nicen. can. 15; quare s. Gregorius Naz. Constantinopolitanam sedem reliquit.

II. Scripta a. 380. *Edd. H* p. 42 = *M* p. 750; *C* p. 539 — *ML* 13, p. 369. — *JK* 238. — ^{a)} Conf. supr. ep. I.

49-50. dissensiones: *V.* 54. sibi plebem: *V.* 56. fomenta om. *HCM*; occipiunt: *HCM.* 60. age: *V.*

7. huc accedit: *V.* 9. cōmodo: *V.*; commodo: *HCM*; *C* in marg: forte: commendo.

nescio quem Maximum ex Aegypto venientes, comatum, vel
 maxime cuius habitus iuxta apostolum ignominiosus esset, Con-
 15 stantinopoli episcopum ordinare voluissent. Rectius igitur fecerit
 sanctitas tua, si dederit operam, ut de cetero catholicus consti-
 tuatur, cum quo nobis Deo propitio possit pax perpetua per-
 durare.

(Item recitata est).

**III. DILECTISSIMO FRATRI ANYSIO (EPISCOPO) SIRICIUS (EPI-
 SCOPUS).**

EIAM dudum frater karissime per Candidianum episcopum
 5 qui nos praecessit ad Dominum, huiusmodi litteras dederamus,
 ut nulli licentia esset sine consensu tuo in Illyrico episcopos or-
 dinare praesumere. Quae utrum ad te pervenerint, scire non po-
 tuimus. Multa enim gesta sunt illic per contentionem ab epi-
 scopis in ordinationibus faciendis, quod tua melius caritas novit.
 10 Unde sollicite agere te oportet, ne ut factum est, certatim in una
 ecclesia dum ordinare praesumunt indignos, veluti tres episco-
 pos fecisse videantur. Ad omnem enim huiusmodi audaciam
 comprimentam vigilare debet instance tua, Spiritu in te sancto
 fervente — ut vel ipse si potes, vel quos iudicaveris episcopos
 15 idoneos cum litteris dirigas dato consensu, qui possint in eius
 locum qui defunctus vel depositus fuerit — catholicum episco-
 sum et vita et moribus probatum, secundum Nicaenae sinodi
 statuta vel ecclesiae Romanae,^{a)} clericum de clero meritum or-
 dinare.

III. Scripta inter aa. 385-398. Edd. Hp. 43 — M p. 750; Cp. 642 =
 ML 13, p. 1148. JK 259. — Epistula JK 261, (C p. 679) Friderici Maas-
 sen errore collectioni Thessalonicensi attributa est (*Geschichte der
 Quellen d. kanon. Rechts.* p. 242, 5). — ^{a)} Nota: « Statuta ecclesiae Roma-
 nae » sunt « mandata » formulae 6 *Libri Diurni*. Coustant (p. 644 not. a)
 putavit clericum Romanae ecclesiae in Illyrico ordinari posse!

13. ut a maxime: V

1. Item... est: om. V. 6. nulla: VHCM. 7-8. potul: V; potul:
 HCM. 10. utidō vel undō: V; ideo: HCM. 18-19. ordinata est: M.

Item recitata est:

**IV. DILECTISSIMO FRATRI ANYSIO <EPISCOPO> INNOCENTIUS
<EPISOPUS>**

Cum dominus noster *(Jesus)* Christus sanctae memoriae vi-
rum Anastasium episcopum licet celeriter, ad se vocare digna- 5
tus sit, computans eius merita tanta esse ac talia, ut iam exce-
derent conversacionis humanae consortium^{a)}, secumque illum
pro vitae puritate et abundancia doctrinae, qua populum Dei toto
ecclesiasticae auctoritatis vigore regebat, ... ne eius ecclesia, ali- 10
quantulum sine rectoris gubernaculo remaneret, statim pro sua
misericordia consentientibus sanctis sacerdotibus omniq[ue] clero
ac populo, cum pace quam Dominus Ecclesiae suae rediens ad
caelum donare dignatus est, ordinatum me in eius locum frater 15
karissime, par fuit te cognoscere, primiciasque meas non nisi viro
optimo atque in Domino semper fideliter laboranti, celeriter 20
nuntiare. Cui etiam anteriores tanti ac tales viri praedecessores
mei episcopi, id est sanctae memoriae Damasus, Siricius atque
supra memoratus vir ita detulerunt, ut omnia quae in illis parti-
bus gererentur, sanctitati tuae quae plena iusticiae est, trade-
rent cognoscenda. Meam quoque parvitatem hoc tenere iudi- 25
tum, eandemque habere voluntatem te decet recognoscere. Ne-
que enim fas erat, ut aut ego contra tantorum bonorum virorum
iudicium venire temptarem, quorum in locum successisse di-
noscor, aut tuo merito, cui praeclari viri tantam gratiam auto- 30
100

IV. Scripta m. Decembri a. 401 vel Ianuar. 402. - Edd. H p. 45 =
M p. 750; C p. 739 = ML 20 p. 463. JK 285. — ^{a)} Conf. S. Hieronymi
epist. 127 «quem diu Roma habere non meruit, ne orbis caput sub tall
episcopo truncaretur». CSEL 56, 153.

2. Anastasio Innocentius: V. 4. cu d̄s nr xp̄s: V; Cum Deus
noster Christus: HCM. 7. Secundae illū; V; seculumque illud: HCM.
9. rigore: HCM; lacunam statul, add. regnare voluisset vel sim.
12. quā d̄s: V; Deus. HCM. 13. ornatum: V. 14. recognoscere:
VHCM; C ln marg: forte: te cognoscere. 15. dño: V; Deo; HCM.
18. detulerrunt: V. 19. generentur: V. 20. ea quoque paruitate: V.

ritatis huiusce contulisse videntur, aliquid derogari videretur.
Prae me itaque fero, ut hoc ipsum etiam meae parvitati reservatum recognoscam, ut pari iudicio similique forma et bonis adaequer, et tuae caritati id tribuam quod mereris.

Item recitatum est:

17. VI. 41B.

V. DILECTISSIMO FRATRI RUFO <EPISCOPO> INNOCENTIUS <EPISCOPUS>.

Lectissimo et gloriosissimo Moysi ita in Israel liberando regendoque Dominus cuncta commisit, ut consilium socii Jothor sequendum ei manifesta sub revelatione mandaret, videlicet ut constitueret viros gradu dignitatis iudiciaiae suppares, qui caesarum multitudines pro loco sibi credito inter populos definirent, ipso maxime... vel etiam divinis consolationibus vacaturo^{a)}. Nec aliter apostolorum forma promulgata est, quam ut ipsi principes evangelii constituti, ceterarum rerum causas necessitudinesque suis discipulis curandas obeundasque manda rent. Ita denique tota... mirabilis Paulus Tito quae curet apud Cretam, Timotheo quae per Asiam disponat, <commisit prout> sanctarum epistularum lectione cognoscimus. Divinitus ergo haec procurrens gratia ita longis intervallis disternitatis a me ecclesiis docet consulendum, ut prudentiae gravitatique tuae committendam curam causasque si que exoriantur, per Achaiae, Thessaliae, Epiri veteris, Epiri novae, Cretae, Dacie mediter-

V. Edd. H p. 47 = M p. 751; C p. 815 = ML 20 p. 515. JK 300,
SEECK, Regesten p. 324. — ^{a)} Conf. Exod. 18, 19.

26. paruitatis: V. 28. adaeque: HCM — merereris: V.

5. cuncta omisit: V. 6. sub relatione: VHCM; undelicit: V. 9. La cunam statul; add. forte: orationi; maxime vel etiam: HCM. 10. ua catur: V. 12. curanda: V; oboeundasque: V. 13. tota miseracione mirabilis: V; tota miseratione mirabilis: HCM; forte: tota miratione mirabilis. 14. disponat scarum: V; disponat, commisit ut sacrarum: HCM. 17. discent consulendum: VHCM. 19. Eperi: V.

raneae, Daciae ripensis, Moesiae, Dardaniae et Praevali^{b)} eccl²⁰
 sias, Christo domino nostro annuente, censeam. Vere enim eius
 sacratissimis monitis, lectissimae sinceritatis tuae providentiae
 ac virtuti hanc iniungimus sollicitudinem, non primitus haec ita
 statuentes, sed praecessores meos apostolicos imitati, qui bea-
 tissimis Acholio et Anysio iniungere pro eorum meritis ista vo-
 luerunt^{c)}. Justissimum est enim ita benemeritos honoribus deco-
 rari, ut adrogantes necessarium videtur obtundi. Placet ergo in
 bonis praemium, et in minus bonis censio. Sic enim et iste cor-
 rigitur et ille nobilitatur. Arripe itaque, dilectissime frater, nostra
 vice per suprascriptas ecclesias, salvo earum primatu curam, et 30
 inter ipsos primates primus, quicquid eos ad nos necesse fuerit
 mittere, non sine tuo postulent arbitratu: Ita enim aut per tuam
 experienciam quicquid illud est finietur, aut tuo consilio ad nos
 usque perveniendum esse mandamus. Licitum autem et aposto-
 licae sedis favore permissum tuae fraternitati cognosce, ut cum 35
 aliqua ecclesiastica ratio vel in tua vel in memoratis provinciis
 agitanda cognoscendaque fuerit, quos velis episcoporum socios
 quibuscumque de ecclesiis assumas tecum, quorum et fide et mo-
 deracione quidquid necessitas causave flagitaverit, optimus di-
 rigas arbiter, et praecipius, quippe a nobis lectus definias inter-
 cessor. Omnem sane instrucionem chartarum in causa archi-
 vorum cum presbytero Senecione, viro admodum maturo, esse
 iussimus. Itaque et ex priore nostra epistula et ex his chartulis
 bene recensitis, quid agere debeas recognosce. Nam voluntatem
 hanc nostram per unamquamque provinciam satis, ut decebat
 litteris manifestavimus.

Data XV. kal. iul. Honorio IX et Theodosio V. (augg.
 consss.).

b) Conf. Nicolai I epist. 82, d. d. 25. IX. 860, JE 2682 (ed. E. Perels in MOH, Epp. 6, p. 438). — c) Vid. supr. epistulas I-III.

20. ripensis; Moesiae: V. 21. censeant: V. 22. sinceritati tuae
 prouidentia a virtute: V. 23. haec a tua: V. 24. praecessores nos-
 trios: HCM. 25. iniungi: VHCM. 28. proemium: V. 31. primato-
 res: V. 32. postulant: V; ut per: V. 35. sedi: V. 40. dirigat ar-
 biter: V; defineas: V. 41-42. acriuorum: V. 42-43. iussimus: V; fieri
 iussimus: HCM. 44. recensetis: V; recensens: HCM; recognosc: V.
 47. Honorio X: V.

Item recitatum est:

**VI. DILECTISSIMIS FRATRIBUS PERIGENI, DYNATO, BASILIO, PAU-
LO, AETERNALI, SABACIO, JULIANO ET SENECIONI EPISCOPIS ^{a)}
PER ILLYRICUM <CONSTITUTIS> BONIFACIUS <EPISCOPUS>**

Inter ceteras curas et diversa negotia, quae ad nos ex cun-
ctis veniunt semper ecclesiis, propensiorem nos etiam vestri sol-
licitudinem gerere, et ex decretorum nostrorum sanctione di-
scetis, et ipsarum qualitate causarum poteritis advertere. Nunc
5 tamen Dyrracenea provinciae causa nos monuit, ubi quorun-
dam accusancium factione frater et coepiscopus noster Felix, si
non nostra de <eo> intervenisset oppressus. Nec nova haec
10 sedis apostolicae cura de vobis est. Statutum nostris saepius
experimentis, hoc quod nos agimus: Thessalonicensi ecclesiae
semper esse commissum, ut vobis vigilanter intendat. Facile di-
15 sciplinae subdi se patitur, qui ipsam ut condecet amplectitur
disciplinam. Ita enim ordinacio cuncta se habeat, ut maioribus
ea quae sub his esse docentur oboediant. Et in hoc gradu regu-
larum cuncta vertuntur, nosque praecipua circa omnes cura
constringimur; quibus necessitatem de omnibus tractandi Chri-
20 stus in sancto Petro apostolo, cum illi claves aperiendi clauden-
dique daret ^{b)}, indulxit, et inter apostolos suos, non quia alter
esset inferior, sed eum maxime qui esset primus elegit. Domi-
nentur nobis regulae, non regulis dominemur. Simus subiecti
canonibus, cum canonum praecepta servamus. Sunt culpae ali-

VI. Scripta a. 419 (?). - *Edd. H* p. 85 = *M* p. 760; *C* p. 1063 =
ML 50, p. 427. *JK* 366. - Ex quo Holste pro «Bonifatius» scripsit
«Caelestinus» (Infr. 4), omnes epistulam hanc Caelestino adtribuunt. —
4) In subscriptionibus Concilii Ephesini I inveniuntur: Perigenes Corinthi,
Dynatus Nikopolis, Basilius Thessaliae, Julianus Larissae (?), Senecion
Scodrae episcopi; conf. ACO I 7, p. 84 ss. — b) Matth. 16, 19.

2. Basilosapio: *V*; Basilio, Sapi: *HCM*, 4. Bonifacius: *V*; Caele-
stinus: *HCM*. 9. dyracenae: *V*. 10. factionem. 10-11. nr̄a de interue-
niasset oppressus: *V*; si non nostra interueniasset diligentia, fuissest oppres-
sus: *HCM*; lacunam statul, add forte: cura, fuissest, 12. sedi: *VHCM*.
15. subdisse: *V*; condocet: *V*. 18. praecipue acirca: *V*. 19-20. Chri-
stus... apostolo: litteris maluscillis *V*. 22. esse: *V*; non qui altero
esset *HCM*; sed cum: *V*.

quantae non leves, quae illis innatae provinciis ad nos, cum si- 25
mus longius, non possunt facile pervenire, aut iam semotis om-
nibus non ita ut sunt acta, interposito temporis spatio, perfe-
runtur. Quas omnes nos intercessione fratris et coepiscopi nostri
Rufi, cuius experientiam comprobatam esse in causis omnibus
et vitae actibus liquet, volumus resecari. Cui vicem nostram per
vestram provinciam noveritis esse commissam, ita ut ad eum,
fratres karissimi, quicquid de causis agitur, referatur. Sine eius
consilio nullus ordinetur, nullus usurpet eodem inconscio com-
missam illi provinciam, colligere. . . . nisi cum eius voluntate epi-
scopi non praesumant. Per eum etiam ad nos, si quid est, re- 30
feratur. . . . sed hac praeceptione cognoscent et eos qui refragandum nostrae auctoritati vel illus crediderint iussioni, a fra-
ternitatis coetu. . . eum ipse separat segregandum.

Item recitatum est:

VII. DILECTISSIMO FRATRI RU-
FO *(EPISCOPO)* BONIFACIUS
(EPISCOPUS).

Beatus apostolus Petrus cui arx sacerdotii dominica voce concessa est, in immensum gratulationis extollitur, quotiens

VII b). DILECTISSIMO FRATRI
RUFO *(EPISCOPO)* BONIFA-
CIUS *(EPISCOPUS).*

Beatus apostolus Petrus, cui res sacerdotii dominica voce concessa est, in immensum gratulationis extollitur, quotiens

VII. Scripta a. 419 (?). - Edd. H p. 51 = M 752; C p. 1019 = ML 20 p. 760. JK 350. De fragmento eiusdem epistulae a nobis sub n. VII b) vulgato, L. Holste omnesque post eum tacent. Tamen in codice V nostra epist. VII b) est septima in serie epistularum, dum n. VII undecimo loco invenitur.

27. pererantur: *V.* 34. comissam illi prouincia: *V;* prouinciam colligere, nisi cum: *HCM.* 35. episcopos: *VHCM;* lacunam statul: add. forte: synodus. 36. referatur: lacunam statul, add. causarum; plura hic deesse videntur. cognoscent et eum: *HCM.* 38. coetu cu ipse: *V;* coetu cum ipse separat: *H;* se separat *CM;* lacunam statul, add. forte: segregandos, plura deesse videntur.

5. arce *V;* arx: *HCM.*

pervidet concessi sibi honoris a
10 Domino intemeratae se pacis fi-
lios habere custodes. Quid enim
gaudio debeat maiore pensare,
quam quod agnoscit, acceptae
potestatis in se iura servari. Ve-
15 re namque immobile requirit ad
diversa destinata super negotiis
quibusque consolatio funda-
mentum, quae eius consulit se-
dis archanum, quam constat di-
20 gnatione petrae spiritualis
elatam. Frequentia igitur, ut
scrinii nostri monumenta decla-
rant, ad caritatem tuam ex eius
fonte scripta manarunt,^{a)} qui-
25 bu sollicitudinem ecclesiarum,
per Macedoniam et Achaiam si-
tarum fraternitati tuae, quam
sciamus ecclesiasticam discipli-
nam canonum notione servare,
30 certum est esse commissam.
Nec inmerito id ducimus fac-
tum. Hanc enim gratiam dilec-
tioni tuae apostolica sedes offi-
cio diligentis impertit. Unde fit,
35 ut sanctitatem tuam gnaram fa-
ciamus, huiusce negotii, quod
ad provinciam auribus no-

pervidet, concessi sibi honoris
a Domino, intemeratae se pacis
filios habere custodes. Quid e-
nim gaudio debeat maiore pen-
sare, quam quod agnoscit ac-
ceptae potestatis in s... iura ser-
vari. Vere namque immobile re-
quirit a diversis destinata su-
per negotiis quibusque consulto
fundamentum, quae eius
consulit sedis archanum, quam
constat dignatione petrae e p i-
s o p a l i s elatam. Frequentia
igitur, ut scrinii nostri mo-
numenta declarant, ad carita-
tem tuam ex eius fonte scripta
manarunt, quibus sollicitudi-
nem ecclesiarum per Macedo-
niam et Achaiam sitarum, fra-
ternitati tuae, quam scimus ec-
clesiasticam disciplinam cano-
num notione servare, certum
est esse commissam. Nec inme-
rito id ducimus factum. Haec
enim gratiam dilectioni tuae a-
postolica sedes officio diligentis
impertit. Inde fit, ut sanctita-
tem tuam gnaram faciamus
huius negotii, quod ex ea

^{a)} Ad Rufum datae sunt Innocentii epistulae: JK 300 (supr. n. V.), 303 (*Magna me, ex a. 414*), 304 (*Mora coepiscoporum*) .

14. potestatis in se iura: *V*; po-
testatis inlaesa iura: *HCM.*
20. spalis: *V*; spiritualis: *HCM.* 24.
manas: *V*. 26. sitas: *V*. 29. na-
tione: *V*. 33. sedis: *V*.

10. filius: *V*. 14. potestatis
insura: *V*. 20. epalis: *V*.
25. manarum: *V*. 28. simus: *V*.
30. nacione: *V*. 33. dilectioni:
V. 34. sedis: *V*. 36. Ignaram: *V*.

stris ingeritur destinatum, cuius prudentiae tuae dudum cura mandata est. Corinthii enim, olim beati Pauli praedicatione laudati,^{b)} quorum preces subdendas magis quam credimus esse narrandas, Perigenem, sicut iam dudum sancta synodo super eius nomine pagina directa testatur, sanctum et instituti optimi qualitate pollentem, civitati suae non tam accipere quam retinere desiderant sacerdotem. Cuius ordinationis seriem, si integrō ordine exspectandam putavero, fiet necesse est eius laudis augmentum. Et huic nimirum proficiet, si faciamus vel ordinantis vel ordinati recto tramite mentionem. Quis enim dubitet, eius meritis duputari, quis renuit iudicii fuisse divini, ideo hunc a Patrensisbus in tempore non esse susceptum, et diu super promissa ecclesia magna deliberatione suspensum, ut huius cœlii pastor fieret, in cuius caulis suam a cunabulis transegisset aetatem. *Judicia Dei abyssus multa.*^{c)} Quod congrue optamus exemplum, quia nemo crederet, quod in ordinatoris aliquando locum subrogari posset, quia fuerat aliis ordinatus. Non ambigo caelestis tunc istud fuisse sententiae, qua vel con-

b) 2 Cor. 6, 16. — c) Ps. 35, 7.

44. Perigeni: V. 52-53 ex-
pectanda putaro: V. 60. hanc: V;
aparentibus: V. 61. praemissa:
HCM. 65. optamus: V. 65. ab aliis: HCM.

provincia auribus nostris 40
ingeritur destinatum, cuius prudentiae tuae dudum cura mandata est. Corinthii enim, beati Pauli praedicatione laudati, quorum praeces subdendas magis, quam credidimus esse narrandas, Perigenem, sicut iam dudum *⟨a⟩* sancta synodo super eius nomine pagina directa testatur, sanctum et instituti optimi qualitate pollentem, civitatis suae non tam accipere quam retinere desiderant sacerdotem: Cuius ordinationis seriem ipsi integrō ordine exponendam putarunt. Fiet, necesse est 55 eius laudis augmentum, et huic nimirum proficiet, si faciamus, vel ordinantis vel ordinati.... iudicii fuisse divini et cetera. 60

45. Perigeni V. 54. ordine
experienda: V. 58-59. ordinati
iudicii fuisse diuinū et cetera: V.
66. que: V.

sensu *(eorum)* qui illic auctoritatem sedis apostolicae praesentabant, eum in nostrorum numerum recipimus, et in eos necesse est vigorem censurae, qui contra nostrum factum post haec ne-scientibus nostris incitare dicuntur populos, si perstiterint, exer-ramus. Quod quidem et dilectionem tuam in eos ex nostra pree-ceptione facere volumus, ut eorum licentiam quibus nihil tale commisimus refrenemus.

Item recitata est:

II. III. 422

VIII. DILECTISSIMIS FRATRIBUS RUFO ET CETERIS EPISCOPIS
PER MACEDONIAM, ACHAIAM, THESSALIAM, EPIRUM VETEREM,
EPIRUM NOVAM, PRAEVALI ET DACIAM CONSTITUTIS, BONI-
FACIUS *(EPISCOPUS)*.

Manet beatum apostolum Petrum per sentenciam domini-
cam universalis Ecclesiae ab hoc sollicitudo suscepta, quippe
quam evangelio teste^{a)} in se noverit esse fundatam. Nec um-
quam eius honor vacuus potest esse curarum, cum certum sit
10 summam rerum ex eius deliberacione pendere. Quae res ani-
mum meum usque ad Orientis loca, quae per ipsam sollicitu-
dinem quodammodo videmus, extendunt. Indesinenter enim ab
unoquoque illinc veniente percontor de pace fratrum, id est de
quiete pontificum, quae solet quotiens diabolus huic invidet,
15 aliquorum praesumptione turbari. Cum igitur ad nos ordine
suo cuncta servari fama nunc usque detulerit, vehementer mi-
rati sumus eius rei stupentes, ut poscebat ratio relatorum, quam
iniuriam patrum intentio novella temptavit. Certo enim^{b)} cognos-
vimus indice, apud Corinthum, quod exagitati dicimus, syno-
20 dum congregandam, super eius discutiendo statu, quem Corin-

VIII. *Edd. H* p. 69 = *M* p. 756; *C* p. 1039 = *ML* 20, p. 779. /K
365; *Seeck* p. 346. — ^{a)} *Matth.* 16, 18.

69. *Orm*: *V*.

10. *penderes*: *V*; *quereres*: *V*. 13. *Illic*: *V*. 18. *Cerenim*: *V*.

19. *aput*: *V*.

thiis apostolica sedes, examinatis omnibus atque discussis consti-
tuit sacerdotem, secuta de eo voluntatem, quae hunc ipsum,
quantum docetur dilationibus temporum, eius ovlis, in quo
creverat et cui creverat, voluit esse pastorem. Cuius si ordi-
nationis vestra caritas esset ignara, libenter ab origine sua, 25
quae sunt in praeterito de eo gesta retexerem, ut his quorum
aspectus negotii eius non per ignoranciam, sed per studium in-
volvit obscurum, manifestatione clareret, sententiam de eo spe-
cialiter fuisse divinam, quae ut diximus ecclesiae Corinthiorum
velut alumnū suū iuditium caeleste servavit. Quam rem om- 30
nium civium <et> clericorum a nobis oppido postulavit ad-
sensus, nec tamen id abrupte p̄aeceptio nostra constituit, sed
ut ecclesiastica disciplina poscebat, diligentius fratrem et coe-
piscopum nostrum Rufum negotii iussimus. interiora rimari, et
petitionis summam sua de proximo moderacione pensare, ut 35
nihil inmatrūm ab hac sede fieri videretur, quae aliorum p̄ae-
sumptiones saepe compressit. Ad nos post aliquanti temporis spa-
tium super hoc p̄aedicti <co>episcopi nostri, quae p̄aemissis
desideriis convenient, scripta ve<ne>runt. Quorum evidentis-
simam rationem secuti, dedimus hunc ecclesiae illius esse pontifi- 40
cem, in qua per singulos honorum gradus p̄aeteritam quoque
transegisset aetatem. Quam rem faciendam memorato <co>epi-
scopo meo directa secunda protinus, quae presbiterio universo con-
placuit, autctoritate mandavi, retro maiores b) secutus, qui eccl-
esiā Thessalonicensem sibi semper familiarem et in collegii ca- 45
ritate famulantem, dignam sicut fides adserit scriniorum, hoc ho-
nore duxerunt, quem in fratre <nostro> Rufo apostolicae etiam
in posterum gratia sedis indulget, sequax Domini, qui exaltat
humiliatos, et humiliat semper elatos. Dum illis gratiam tribuit,

b) Conf. infr. VIII, lin. 4: Retro maioribus.

21. apostolicae sedis: *V*; 22. secuta Dei voluntatem: *HCM*;
ipsis: *V*. 23. olius: *V*. 24. uoluit ur esse pastor in cuius:
V. 29. qua: *HCM*. 35. suo: *V*. 39. scriptauerunt: *V*. 42. tran-
segisse: *V*; ad rem: *HCM*. 43. mea: *HCM*; presbitero: *V*. 44. au-
toritatem: *VHM*; mandauit: *V*. 47. Quem fratri Rufo: *HCM*.
48. grām: *V*.

50 his resistit. Quantum est ergo humilitatis munus, quod gratiae
 divinae lance pensatur, et quanta est paena superbiae, cui pro-
 prie totius mundi dominus et rector obsistit. Melius autem fra-
 ternitati vestrae intellegendum relinquo, quis humilitatis et quis
 superbiae sit magister. Sed absit hoc a Domini sacerdotibus,
 55 ut in hunc aliquis eorum cadat reatum, ut in nova quippiam
 usurpacione temptando, inimica sibi faciat scita maiorum, ae-
 mulum se illum specialiter habere cognoscens, apud quem
 Christus noster sacerdotii summam locavit, in cuius contume-
 liam quisquis insurgit, habitator caelestium non poterit esse re-
 gnorum. Tibi, inquit, dabo claves regni caelo-
 rum, ^{c)} in quod nullus absque gratia ianitoris intrabit. Tu es,
 inquit, Petrus, et super hanc petram ae-
 dificabo Ecclesiam meam.^{d)} Quicunque igitur cupit
 etiam ante Deum nostrum sacerdotii dignitate censeri, quoniam
 60 ad Deum Petro suscipiente pervenitur in quo Ecclesiam, sicut
 supra memoravimus, universalem certum est esse fundatam,
 <debet> esse mitis et humilis corde,^{e)} ne incipiat disci-
 pulus contumax, illius cuius <superbiā> imitatus est, paenam
 subire doctoris. Congregatur ergo, ut redeamus ad causam huius
 65 iniuriae, synodus, cuius dilectio <vestra> consultum semper su-
 per <se> habens, conciliis rei cognoscat archanum et fiet quod
 quidem fieri per regulas omnino non poterit: fratris et coepi-
 scopi nostri Perigenis honor dubius et incertus, quem in sede
 ecclesiae supradictae nostra sentencia conlocavit. Quis ergo hunc
 70 rudit et peregre fortasse nunc demum rediens accusator inces-
 sit, quis certe antistitum ut fratrū conveniret turba praecepit,
 lectis epistolis nostris? Quoniam locus exigit, si placet recensete
 canonum sanctiones, repperietis, quae sit post ecclesiam Roma-

^{c)} Matth. 16, 19. — ^{d)} Matth. 16, 18. — ^{e)} Matth. 11, 29.

55. aliquid; rectum: *V.* 55. in *om.* *HCM.* 56. Inimicus: *V.*
 57. sed illum: *V.* 61. in quae: *VHCM.* 64. censem: *V.* 65. per-
 uenit: *V.* 69. cōgregatur: *V.* 70. iniuriam: *V.* 71. concilli:
HCM. recognoscat: *VHCM.* 73. quem sedi: *V.* 75. rudisset:
V; accusator: *V.*

nam secunda sedes, quaeve sit tercia. A quibus ideo ita rerum videtur ordo distinctus, ut se ecclesiarum pontifices ceterarum sub una tamen . . . eodemque sacerdotio habere cognoscant, quibus caritate servata propter ecclesiasticam disciplinam debeat esse subiecti. Et quidem haec sententia canonum a vetustate duravit, et nunc usque Christo nostro favente perdurat. Nemo unquam apostolico culmini de cuius iudicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari.¹⁾ Servant ecclesiae magnae praedictae . . . per canones dignitates: Alexandrina et Antiochena, habentes ecclesiastici iuris notitiam. Servant inquam statuta maiorum, . . . in omnibus deferentes, et eius vicissitudinem recipientes gratiae, quam se in Domino, qui pax nostra est, nobis debere cognoscunt. Sed quia res postulat, adprobandum documentis est, maximas orientalium ecclesias in magnis negotiis, in quibus opus esset disceptatione maiore, sedem semper consuluisse Romanam, et quotiens usus exegit, eius auxilium postulasse. Sanctae memoriae Athanasius <et> Petrus Alexandrinae sacerdotes ecclesiae, huius sedis auxilium postularunt.²⁾ Cum Antiochena ecclesia per multum temporis laboraret, ita ut fierent illinc propter hoc ipsum saepe discursus, primo sub Meletio, postea sub Flaviano, apostolicam sedem manifestatum est esse consultam. Ad cuius auctoritatem post multa, quae ab ecclesia nostra gesta sunt, nemini dubium est, Flavianum communionis gratiam receperisse, qua in perpetuum caruerat, nisi hinc super hoc scripta manassent.³⁾ Clementissimae recordacionis princeps Theodosius Nectarii ordinacionem, propterea quia in nostra notione non

¹⁾ Nemo... iudicari, cit. Nicolaus I, epist. 88, ed. Perels, MGH Epist. 6, p. 480. — ²⁾ Conf. Iulii I epistulas JK 183, 185, 186, 188, et Damasi epist. JK 233, 236. — ³⁾ Conf. Damasi epist. JK 235; S. Hieronymi epist. 15, 16 (CSEL 54, p. 62 e 69 ss).

80. destructus: VHM; in V + des + in ras. 81. sub uno tamen eodemque sacerdotio: HCM; sub una tamen eodemque: V; lacunam statul, add. forte: ecclesia. 87. Lacunam statui, add. firmatas. 89. Lacunam statul, add. nobis. 92. Sed quia se: V. 93. magni negoticus: V; opus et: V. 96. Anastasius: V. 100. manifestum: HCM. 102. græ: V.

esset, habere non existimans firmitatem, missis e latere suo
 aulicis cum episcopis, formatam huic a sede Romana dirigere
 regulariter depoposcit, quae eius sacerdotium roboraret.¹⁾ Ante
 breve tempus id est sub praedecessore meo beatae recordationis
 110 Innocentio, Orientalium ecclesiarum pontifices, dolentes se a
 beati Petri communione sciunctos, per legatos pacem, sicut ca-
 ritas vestra retinet, poposcerunt.²⁾ Quo tempore apostolica sedes
 omnia non difficulter indulxit, illi parens magistro, qui ait: Cui
 a utem aliquid donasti, et ego; nam et ego
 115 *(quod donavi)* si quid donavi, propter vos in per-
 sona Christi, ut non possideamur a satana;
 non enim ignoramus versutias eius,³⁾ id est, qui
 semper dissensione lactatur.⁴⁾ Quoniam igitur ad probandam
 veritatem arbitror, quae diximus, fratres karissimi, exempla suf-
 120 ficerem, quamvis plura vestra notione tencantur, absque fraterni-
 tatis iniuria conventui vestro volumus his litteris obviatum, quas
 a nobis per Severum apostolicae sedis notarium, animis acceptis-
 simum nostris, e nostro latere destinatum, videatis esse directas.
 Convenientes, ut condebet fratres, ne quis volens in nostra com-
 125 munione durare, fratribus et consacerdotis nostri Perigenis iterum
 ad discutiendum in medium nomen adducat, cuius sacerdotium
 apostolus Petrus semel iam Spiritus sancti suggestione firmavit,
 nihil huic relinquens in posterum quaestionis, cui dum consti-
 130 tueretur a nobis, per eius temporis spatium, quo vacuit, nihil
 omnino constet obiectum. Cesset accusatio, cuius invidiam pro-
 bamus auctorem, solvatur machina falsitatis in eum compositae,
 quia ad sacerdotium Dei nostri et omnium bonorum favore per-
 venit. Sane quoniam servandus accusatoris locus est, ne audien-

¹⁾ Conf. Concil. Constantinopol. epist. ad Damasum: Theodoreetus, *Hist. Eccl.* V, 9; Coustant. p. 567. — ²⁾ Conf. Innocentii epist. JK 305-310; Coustant. p. 343 ss. — ³⁾ 2 Cor, 2, 10, 11. — ⁴⁾ In cod. VI. 62^r post letatur manu Annibalis Albani: *quoniam igitur pag. 63, Nihil enim deest huic decretali.*

109. praedecessore: *V.* 113. Si cui: *VHCM.* 118. approban-
 dam: *V.* 120. vestri: *V.* 128. cuida: *V.* 130. esset accusatio: *V.*
 133. accusatori: *HCM.*

tiam penitus incitare videamur, si quid ab eodem postquam
 episcopus nostris est auctoritatibus constitutus, contra discipli- 133
 nam et propositum sacerdotii fertur admissum, coepiscopus
 noster Rufus, cui ad vicem nostram cuncta committimus, cum
 ceteris fratribus, quos ipse delegerit, negotium curabit audire,
 ad nostram relaturus omnia notionem, quaecunque cognitionis
 eius rerum cursus et ordo monstravit. Illud etiam, quoniam au- 140
 ctoritas nostra commonicione solita vacare non debet, hortamur
 et repetito saepius sermone praecipimus, ut in omnibus huius
 viri obedientiam dispositionibus commodetis. Nullus, ut fre-
 quenter diximus, alicuius ordinationem citra eius conscientiam
 celebrare praesumat, cui, ut supra dictum est, vice nostra 145
 cuncta committimus. Sibi certe huius presumptionis auctores
 imputabunt in posterum, cum se viderint apostolicae caritatis
 extores.

• Data V idus Martias, Honorio XIII et Theodosio X *(augg.)*
coss.

Item recitata est:

II. III. 422

VIII. DILECTISSIMO FRATRI RUFO *(EPISCOPO)* BONIFACIUS
(EPISCOPUS).

Retro maioribus tuis super provinciis apostolicae sedis in-
 iunctum diligenter a tua caritate debet impleri. Causae etenim
 ecclesiarum per eas provincias positarum pervigili sunt circum-
 spectione curandae. Ita quippe vice sua beatus apostolus Petrus
 ecclesiae Thessalonicensi cuncta commisit, ut intellegat se sol-
 licitudinem manere multorum, quam minorem facere, nova quae
 vires habere non possunt, temptationa non debent. Non est 10

VIII. *Edd. H* p. 60 = *M* p. 754; *C* p. 1034 — *ML* 20, p. 774. JK
 363. Seeck, p. 346.

136. ammissum: *V*; quoepiscopus: *V*. 139. relatus: *V*; notionem:
V; cognitioni: *VHCM*. 143. huic viro: *VHCM*.

1. ite recre. 9. noua: *V*.

enim eorum cedendum studiis, quos novitas rerum et indebitae
 desiderium dignitatis accedit, sed elaborandum est, et Deo
 nostro favorem praestante certandum, ut quisquis contra lici-
 tum nititur, sibi per omnia recognoscat occursum. Quare, frater
 15 karissime, fretus iam dudum a te auctoritate suscepta, contra
 inimicas turmas idoneus Dei nostri miles armare. Nihil hic ti-
 mebis dubii, nihil incerti formidabis eventus. Habes beatum
 apostolum Petrum, qui ante *(te)* pro suo possit iure pugnare.
 Nolo perturbatione maris conciti terreas.
 20 Fidem quippe quam
 in arcano tui pectoris portas, omnibus rebus certum est esse ma-
 iorem. In nullo te turbo, in nullo penitus procella vexabit. Non
 patitur ille sedi suaे perire privilegium te laborante piscator.
 Omnis tumor fluctuum, omnis procella cessabit, eo favente ni-
 sibus tuis, cui soli mare pervium fuit. Aderit nimirum, et viola-
 25 tores canonum atque ecclesiastici juris inimicos Deo auctore
 compescet, qui talium mentium semper vota frustratur. In ce-
 teros etiam contumaces ius concessae potestatis exerce. Nullum
 etenim locum vides a nobis otiosum relictum. Ad Thessalos^{a)}
 commonitionis et correptionis plenas litteras misimus. Ad syno-
 30 dum quae dicitur illicite congreganda de causa fratris nostri et
 coepiscopi Perigenis, cuius scripsimus statum nulla posse penitus
 ratione turbari, talia scripta direximus, quibus universi fratres
 intellegant, primo convenire se citra conscientiam *(tuam)* mi-
 nime debuisse, deinde de nostro non esse iudicio retractandum.
 35 Nunquam etenim licuit de ea rursus *(re)*, quae semel statuta
 est ab apostolica sede, tractari. In qua pagina nostra, ut conde-
 cuit, honorem debitum tuae servavimus sanctitati, sicut eius ca-
 ritas tua lectione cognoscet. Perrevij^{b)} autem coepiscopi nostri
 negotium, cuius nobis libellus ab eodem destinatus fecit indi-

^{a)} Infr. n. X. — ^{b)} Περρέβιος ἐπίσκοπος τῶν Θεσσαλικῶν σατῶν
 subscribit in concilio Epheseno. ACO I 7, p. 113 et passim.

11. cedendum; *V.* 13. praestantes; *V.* 18. sua; *V;* vi re-
 pugnare; *HCM.* 20. arcana; *V.* 22. sedis; *HCM.* 29. commu-
 nionis; *V;* commonitionis; *HCM.* 33. tuam conscientiam; *HCM.*
 35. quanqua etenim; *V;* de eo rursus quod semel statutum; *HCM.*
 39. nobil libellus; *V.*

cium, cui consacerdotes sui molesti animis esse dicantur, ita 40
 ut eum ecclesia sua crederent esse pellendum, diligenter audire
 tuam volumus caritatem, conventis supradictis coepiscopis nostris,
 quorum se vim sustinere deplorat, tunc demum, ut intelligent,
 si quid a se factum est contra consuetudinem, prius esse cassan-
 dum, omnibus investigatis ad nos tua caritas referre matureret, 45
 quatenus probatum a tua fraternitate iudicium, sententia nostra
 valeat roborari. Sane in epistula Thessalis fratribus destinata,
 id a nobis scriptum volumus recognoscas, Pausianum, Cyriacum
 atque Calliopum a nostra communione penitus summovendos, ^{c)} 50
 ita ut remedium solum interventionis tuae gratiam se habere co-
 gnoscant. Maximum autem quem male tua caritas retulit ordi-
 natum, in totum sacerdotii censemus honore privandum. Tuae
 caritatis est Severum apostolicae sedis notarium ^{d)} 55
 animis accep-
 tissimum nostris, ex nostro proprio latere destinatu, peractis
 omnibus, tota celeritate dimittere, ut gestarum ordinem rerum
 eodem festinius revertente noscamus.

Data V idus Martias, Honorio XIII et Theodosio X au-
 gustis. *(coss.)*

Item recitata est:

II. III. 422

**X. DILECTISSIMIS FRATRIBUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER THES-
 SALIAM CONSTITUTIS BONIFACIUS (EPISCOPUS).**

Institutio universalis nascentis Ecclesiae de beati Petri
 sumpsit honore principium, in quo regimen eius et summa consi-
 stit. ^{a)} Ex eius enim ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias,
 religionis iam crescente cultura, fonte manavit. Nicenae synodi

^{c)} Infr. n. X nihil de istis, nisi ad ipsos linn. 14 ss. referre vells. —
^{d)} Supr. n. VIII llin. 123.

X. *Edd. H* p. 65 = *M* p. 755. *C* p. 1037 = *ML* 20, 777. *JK*
 364. *Seecch*, pag. 346. — ^{e)} Institutio... consistit; *cit. Nicolaus I* ep. 100,
ed. MOH, Epist. 6, p. 605, llin. 35.

40. molesti nimis esse dicuntur: *HCM*. 44. causandum: *V.*
 54. de nostro: *HCM*; proprio: *HCM*.

non aliud paecepta testantur, adeo ut non aliquid super eum ausa sit constituere, ^{a)} cum videret nihil supra meritum suum posse conferri, omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. ^{b)} Hunc ergo ecclesiis toto orbe diffusis velut caput suorum certum est esse membrorum, a quo se quisquis abscidit, fit christianaे religionis extorris, cum in eadem non ceperit esse compage. Audio episcoporum quosdam apostolico iure contempto novum quippiam contra Christi proprie paecepta temptare, cum se ab apostolicae sedis communione, et ut ita dicam verius, potestate separare nituntur, eorum petentes auxilium, quos ecclesiasticarum sanctio regularum maioris esse non dedit potestatis Legantur etenim paecepta maiorum, et quibus in ecclesias iuris aliquid dederint invenimus. Jam temerator est ecclesiasticae disciplinae, quisquis in eius leges, cum sibi nihil debeatur inreput, ea sibimet vindicando, quae sibi a patribus negata videantur. Accipite ergo ammonitionem et correptionem nostram, ex quibus unum pontificibus, alterum dissidentibus exhibemus. Nam ideo ait apostolus: *Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu mansuetudinis.* ^{c)} Scitis enim beato Petro utrumque possibile, id est in mansuetudine mitibus.... et in virga superbos arguere. Ergo servate honorem debitum capiti, quia nolumus, ut intra se membra decerent, ita ut tendatur eorum ad nos usque certamen, dum fratrems et coepiscopum nostrum Rufum dignum ducitis contentu. Cui nihil novum auctoritas nostra concedit, sequens priorum gratiam, qua huic cura ecclesiarum saepe videtur iniuncta. Quod factum ita intemeratum servari volumus in futurum, sicut a patribus huius dispositionis forma servata est. Non decet, fra-

^{a)} Canon. Nicen. VI et VII, ed. Turner in MIA I, pag. 120, 121, 148, 196, 197, 260, 261. — ^{b)} Institutio... concessa: cit. Nicolaus I, ep. 88, ed. Perels in MGH, Epist. VI, p. 476, conf. p. 399. — ^{c)} I Cor. 4, 21.

8. Super eam: V; eum: HCM. 11. Hanc ergo: VHCM.
 12. a qua: VHCM. 13. extortes: V. 18. maiores: V. 19. Leguntur: HCM. 22. Accipere: V. 24. pontificis: V; unam... alteram: HCM. 26. et si spū: V. 28. *Lacunam statul, add. forte, obvenire mites: HCM.*

tres, alterius dignitatem mordere. Certe si in quoquam eius supra debitum fuit visa correptio, quoniam ideo tenet sedes apostolica principatum, ut querelas omnium licentes acceptet, interpellari nos super hoc missa legatione convenerat, quos cu-
ram omnium rerum manere videatis. Cesset novella praesumptio,
nemo àudeat sperare, quod non licet, nullus ea quae sunt a pa-
tribus gesta, et per tantum temporum *(spatium)* custodita, te-
merare contendat. Ordinationi nostrae pareat quisquis se epi-
scopum recognoscit. Episcopos per Illyricum citra conscientiam
coepiscopi nostri Rifi nullus ordinare praesumat *et cetera.*^{d)}

40

Data V idus Martias, Honorio XIII et Theodosio X au-
gustis *(coss.)*.

Item recitata est:

DILECTISSIMO FRATRI RUFO *(EPISCOPO)* BONIFATIUS *(EPI-
SCOPUS).*

Beatus apostolus Petrus (*vide supra n. VII*).

Item recitata est:

XI. DILECTISSIMO FRATRI PERIGENI *(EPISCOPO)* XISTUS *(EPI-
SCOPUS).*

Gratulari potius quam conqueri deberemus de tuae frater-
nitatis actibus, cum tibi apostolicae sedis auctoritas in ipsis tuae
ordinationis initiis, quod te semper meminisse oportet, affuerit.
Sed ut nostrum est non ista retexere, ita tuae convenit fidei
retinere... nunc aliqua incitare voluisse cognovimus. Sed haec,
cum res per nostrorum praesentiam, quos vice nostra ad eas

^{a)} Conf. supr. n. VIII, lin. 145 ss.

XI. Scripta a. 435 (?). Edd.: H p. 88 = M p. 760; C p. 1262 = ML
50 p. 610. JK 393.

36. morderi: *V*; dignitate morderi: *HCM*. 37. fuit iuxta, corr.
iusta: *V*; fuit uisa: *HCM*. 40. manē: *V*.

8. Lacunam statul. retinere. Nunc aliqua: *HCM*.

10 partes propter has causas direximus, sopiae sunt, praeterimus.
 Nam id sanctos fratres nostros Martinianum presbyterum, item
 et diaconum Lollianum egisse credas, quod et utilitatibus tuis,
 et sedis apostolicae auctoritati congrueret. Et idcirco nunc a
 fraternitatem tuam nil tale scripsimus, quo tibi tristitiam gene
 remus, quia malumus correctione pacifica id quod male tempta
 tum fuerat, aboleri. Nunc ergo, frater karissime, ammonitus
 nostris epistolis per fratrem et coepiscopum nostrum Lucam,
 qui ad nos sola caritatis gratia provocatus advenit, sancto fratri
 et coepiscopo nostro Anastasio Thessalonicensis urbis antistiti
 20 eam servato reverentiā, quam ceteri quoque pontifices per Illy-
 ricum constituti etiam erga predicti dignitatem se servare non
 abnuunt, cum sciamus nihil novum illi a nobis fuisse con-
 ccessum, sed id quod eius decessoribus nostri decessores detu-
 lerant, habita consideratione disciplinae ecclesiasticae, consti-
 25 tutum. Tua enim magis interest, ut huic plurimum deferatur
 ecclesiae, quae tibi tantum honoris contulit, ut pro te contra
 eos, qui tibi tunc emuli fuerant, repugnaret.

Item recitata est:

8. VII. 438

**XII. DILECTISSIMIS FRATRIBUS UNIVERSIS EPISCOPIS (IN) SY-
 NODO APUD THESSALONICAM CONGREGANDA XISTUS (EPI-
 SCOPUS).**

Si quantum humanis inservitur legibus et principum con-
 stitutis, quae sunt temporalia et mutantur (et) saepe saepius
 abolentur, tantum divinis legibus aeternisque mandatis oboe-
 dientiae praestaremus, essemus profecto summae beatitudinis

XII. Edd. H p. 90 = M p. 761. C p. 1263 — AIL 50 p. 611.

JK 394. Seeck p. 364.

10. 8: V; sint: HCM. 11. Nā eos scōs: V; Nam et sanctos: HCM;
 Martiniano prbrm id et diacono: V; Martianū presbyterum idem
 et: HCM. 15. quod tale V; quod tentatum: HCM. 17. nrī: V. 18. quia
 nos: V; qui ad vos: HCM. 21. & ea predicti: V; etiam: om. HCM.
 21-22. reseruare non annunt: V; reseruare non abnuunt: HCM.
 3. congreganda: V; congregandis: HCM. 5. humanis: om. HCM.

compotes et mundanae vexationis molestias vitaremus, illo rectore vel praesule, qui subinde subvenire cupiens cottidianis vocibus clamat: Convertimini ad me et convertar ad vos *Inter cetera et ad locum*)^{a)} Nos fratri et coepiscopo nostro Anastasio tantum tribuimus, quantum decessoribus ipsius a nostris decessoribus attributum. Priorum iudicium sequimur haec constituendo, quae ab his novimus constituta, quia et ipsum huius probamus meriti, cuius fuerunt illi, qui talia meruerunt. Nullus obvet salubribus constitutis, nullus praeceptionibus his resultet. Habeant honorem suum metropolitani singularum. *(provinciarum)*, salvo huius privilegio, quem honorare debeant amplius honorati. In provintia sua ius habeant ordinandi, sed hoc inscio vel invito, quem de omnibus volumus ordinationibus consuli, nullus audeat ordinare. Ad Thessalonicensem maiores causae referantur antistitem. Ipsum maior cura respectet, eos qui ad episcopatum vocantur, discutiendi sollicitius et probandi. Ipse optimos solertissimos *(que)* de vestro numero eligat, quos negotiis secum adsciscat arbitros, aut sine se tribuat; qui in disceptationem missa componat. Noverit Corinthius episcopus sibi licentiam potestatis liberae minime tribuendam, si huic voluerit ecclesiae resultare, quam sibi noverit profuisse. Cui necesse est, nos quoque si quid temptare voluerit, obviare, qui practeitorum, quae illi per nos praestituta sunt, memores sumus, et illicitis semper usurpationibus obviamus. De ceteris vero, quae cunque illa sunt, nostris praesentibus volumus finiantur, quoniam tota illorum apud nos fides est, ut quae illi probaverint, nos credamus iudicasse pariter et probasse.

35
Data VIII id. iul. Theodosio XV et Valentiniano IIII *(augg.)*
coss.

^{a)} Zach. I, 3.

18. prouinciarum: om. *HCM*; *C.* *In marg.* 21. que: *V.* 22. a Thes-
salonicensem: *V.* 23. referant: *V.* 25. optim' solertissim' de: *V.*
26. negotii scdm: *V.* 29. ecclia: *V.* 31. illis: *V.* 32. quiam': *V.*
33. credam': *V.*

Item recitata est:

ss. XII. 637

XIII. DILECTISSIMO FRATRI PROCLO (EPISCOPO)^{a)} XISTUS (EPISCOPUS).

Licet fraternitatē tuam disciplinā ecclesiasticalē eruditām,
 ea omnia, quae ad regularum et canonum observantiam per-
 tinent, custodire summa sollicitudine noverimus, nec quicquam
 aut ipsum facere, aut facere alios sacerdotes se connivente per-
 mittere, quod vetusta patrum constituta pervertat, documentis
 evidentibus probaremus, — id enim opinio convenit et Deo di-
 gnissimo sacerdoti, ut ad se pertinentia qua potest cura custo-
 diat, et alios fratribus suis debita minime inquietare vel teme-
 rare ex aliqua parte permittat, moderatione honorificentiam
 suam maiore gloria servaturus, si nihil liceret contra morem
 veterum attentantibus. Sine nostra tamen adhortatione, per gra-
 tiā caritatis, quae fraternitati tuae specialiter debet accedere,
 ut contra subreptiones aliquorum circumspecta sanctitas tua: fa-
 cultatem non praebeat horum incongruae voluntati, qui ecclesiis
 per se scandalum cupiunt et discordiam generare, volentes per
 ecclesiarum perturbationem crescere, et locum sibi per dispen-
 sationem facere sacerdotum. Id ergo, quod nos quoque ser-
 mus, fraternitatem tuam, quam scimus hoc suo more facturam,
 volumus custodire, id est, ut si quis ad fratrem et coepiscopum
 nostrum Thessalonicensis urbis antistitem, harum provinciarum
 quae ad eum pertinent, sacerdos adveniat praeter eius consci-
 entiam, *«si»* sine eius epistulis atque formata venire temptaverit,
 tanquam disciplinæ ecclesiasticae despector et contemptor ca-
 nonum, quos nos temerari ex aliqua parte non patimur, habeat-
 tur. Reverentiae vestrae in commune praestatur; si alter alte-

*XIII. Edd. H p. 93 = M p. 762; C p. 1264 = ML 50, p. 612. - JK
 395; Seeck. p. 366. — a) Constantinopolitano.*

7. cohidente: *VHM.* 9. probaverimus: *HCM.* 11. debita in
 me: *V;* inquietari vel temerari: *V.* 12. moderationem: *V;* moderatio-
 rem: *HCM.* 13. licere: *HCM.* 14. aut temptantibus: *V;* attentan-
 tibus sinat; nostra: *HCM,* 15. quā: *V.* 27. habeantur: *V,*

rius honori debita, praevenientes invicem per caritatis gratiam reservetis, + quae fieri nolumus, ut legimus + Discant omnes illius provinciae sacerdotes, tantae fraternitatem tuam esse censoriae, ut non permittas fieri, quod non licet a sacerdote temptari. Diceremus plura, si non de tuae fraternitatis mente nossemus maiora etiam ex hac parte sentire, quae non in nostras epistolas hoc, quem ad te dirigimus sermone possumus conferre. Habes recentissimum nuper habitae actionis exemplum fratris nostri Idduae^{b)}, circa quem tuae fraternitatis decrevimus iudicium custodiri, cognitioni tuae facere nolentes iniuriam, cum eius intentione iustissimam innocentiam tuereris. Monendi sunt ignorantes^{c)}, scientem atque servantem talia, si diutius velis instruere, non tam ammonere, quam exprobrare ignorantiam videris. Sufficiant ergo quae scripsimus, frater karissime, quoniam ad haec corrigenda atque servanda animum tuum atque censuram nobiscum sentire confidimus, quoniam unum cor et animam unam ut dicit scriptura^{d)}, circa religionis observantiam, canonum custodiam et disciplinam ecclesiasticam retinendam nos habere ut debemus, etiam credimus.

Data XV. kl. ian. Aetio II et Sigisvulto <vv. cc> coss.

^{b)} Idduas vel Induas episc. Smyrnensis subscribit concilio Epheseno a. 431. ACO II 7, p. 112, — ^{c)} Post « Ignorantes » in V manu saec. IX: « h̄d » et in marg. supr.: « ip. actionis exemplum... Ignorantes ». — ^{d)} Conf. Act. 4, 32.

30. Forte legendum: volumus, conf. Math. 7, 12. 34. et ex: HCM; quas nos: V; quam nos: HCM. 35. hoc quo: V; hasce quas: HCM. 36. aues: V. 37. circa que: V. 39. intentionem: VHCM. 40. at scientem: HCM. 41. nota: V. 41-42. uidearla VHCM. 47. et credimus: HCM. 48. Aetio ter: V; iterum: HCM; Segisvulto: VHCM.

Item recitata est:

18. XII. 437

XIV. DILECTISSIMIS FRATRIBUS UNIVERSIS EPISCOPIS PER ILLYRICUM CONSTITUTIS XISTUS (EPISCOPUS).

Doctor gentium, vas electionis, religionis nostrae firmissimum fundamentum, epistulis omnibus, quas ad singularum civitatum scribit ecclesias, de sua in Domino gratulatione testatur, quod cum his plena mentis suae fiducia colloquatur, quos legis praeceptis parere videat et in Dei nostri timore versari. Si tanta 5 igitur apostolo tam docto, quam sancto, est mentis hilaritas, quod tantos pariter, quos novit, et hos ad quos scribit, et religioni proficere... unis appellet epistulis, quanto nobis gaudio aestimatis esse, quoniam in commune sanctitatis vestrae datur nobis appellare concilium, et sermonem nostrum affectio- 10 nis piae circa vos testimonia continentem cum vestra sanctitate coniungere. Ille enim singulas, ut diximus, epistulis suis visitat ecclesias, nos tot pariter credimus ecclesias nostris appellare nos litteris, quot estis qui ad sanctam synodum convenitis. Illi est sermo cum rudibus atque discipulis, nobis sermo cum collegis et doctis. Et ut [\(a\)](#) beatissimi Pauli, cuius maxime praeceptis 15 oboedire nos convenit, non recedamus exemplo, non vobis grave sit, de his, quae ad nostram notitiam perveniunt, ut servetur disciplina ecclesiastica, commoneri ac si praesentes. Ergo vobiscum quod ad regularum canonumque custodiam proficere no- 20 vimus, pro sollicitudine nostra conferimus, sequestre filio nostro Arthemio presbytero, cuius nobis efficaciam in agendo pariter et moderationem placuisse... et amorem, ut traditus trames a

XIV. Edd. H p. 97 = M p. 762. C p. 1269 — ML 50, p. 616. JK
396. Seeck, p. 366.

8. fiducie: *V.* 10. quod tanto: *V.*; quod novit: *HCM*; his aquo: *V.*
his ad quos: *HCM*. 11. *Lacunam statul;* proficere, unis: *HCM*.
12. existimatis: *HCM*; sanctitati: *V.* 16. *eclat*: *V.* 17. qd estis: *V.*
20. uos conuenit: *VHCM*. 24. sequestro: *HCM*. 25. effici: *V*;
efficacia: *HCM*. 26. placuiss & et amor: *V*; placuit et amor: *HCM*;
lacunam statul, add. forte: *sclatis*; trams: *V*.

patribus firmis vestrae dilectionis vestigiis teneatur et ea quae a nobis propter quietem ecclesiarum sunt custodita serventur. Illyricanae omnes ecclesiae, ut a decessoribus nostris acceperimus, et nos quoque *(servari)* fecimus, ad curam nunc pertinent 30 Thessalonicensis antistitis, ut sua sollicitudine, si quae inter fratres nascuntur, ut assolent, actiones, distinguat atque definiat, et ad eum, quicquid a singulis sacerdotibus agitur, referatur. Sit concilium quotiens causae fuerint, quotiens ille pro necessitatum emergentium ratione decreverit, ut merito sedes 35 apostolica relatione eius instructa, quae fuerint acta confirmet. Evocatus vestrum venire nemo contemnat, nec congregati 40 sanctae, ad quam debet festinare se deneget. Excusatio per contumaciam non requiratur, ut vobis pariter convenientibus possit in communione constitui, quod ecclesiarum servet quietem; et populos teneat ad salutem. Nec his vos fratres karissimi, constitutis quae praeter nostra praecepta orientalis synodus^{a)} de- 45 cernere voluit, credatis teneri, praeter id quidem, quod de fide nobis consentientibus iudicavit. A canonum praeceptis vestrum, nemo discedat, nec ab his deviet, quae iuxta regularum ordinem frequens *(ad)* vos directa sedis apostolicae decrevit auctoritas. Si quid forsitan aut inter fratres natum fuerit, aut fratri cuiquam aliqua actio qua pulsetur illata, aut illic fratre et coepiscopo no- 50 stro Anastasio iudice eveniens negotium terminetur, qui vices apostolicae sedis agere, ut beatae memoriae Rufus decessor ipsius, ex nostra voluntate cognoscitur, aut ad nos si illic finiri non potuerit, eodem tamen suis litteris causam omnem quae ver-

^{a)} Haec non ad Constantinopolitanam synodum Procli, quam Xisti nullatenus «orientalem synodum» vocaret, referri possunt. Conf. V. GRUMEL, *Les regestes des Actes du Patriarcat de Constantinople*, I, 1 n. 84. Agitur de synodo Ephesena a. 431 et de Xisti approbatione tomni unionis inter Iohannem Antiochenum et Cyrillum Alexandrinum a. 433 factae. Conf. C. SILVA-TAROUCA, *Ecclesia in imperio Romano-Byzantino*, Romae, 1933, p. 132 ss.

29. Illyrianæ: *V*; Illyricanae: *HCM*. 31. si qua: *V*. 32. frater-
na: *V*. 34. Si: *V*; fierint: *V*. 35. sedis apostolice: *V*. 37. con-
gregationis: *V*. 40. commune: *HCM*. 41. constituti: *V*. 47. quis: *V*,
51. finire: *V*.

titur prosequente, veniat *(ad)* examen. Nullum corpus est, quod capite non regatur. Estis quidem membra ut novimus sancta, sed vestrum caput respicere et honorare non condecet, quoniam honor capitum ad spem totius proficit sanitatis, et suum corpus sollicitus tuetur oculis, quod sibi aptum et dignis videatur ad unamquamque rem officiis convenire. Sed ut omne corpus capite regitur, ita ipsum caput, nisi suo corpore sustentetur firmiter, et vigorem suum perdit, et non tenet quam habuerat dignitatem. Estote igitur, ut esse convenit Domini sacerdotes, ecclesiarum praescutes, religionis nostraes doctores. Reserve fratrem et coepiscopo nostro *(Anastasio)* reverentiam quam debetis, et inter vos pacem et concordiam custodite. Sit in vobis, ut esse credimus, cor unum et anima una^{b)} nec creditis vobis minui, quicquid revertentiae illi, ad quem et maiores nostri et nos illas ecclesiias iuxta morem traditum, voluimus pertinere, a vestra dilectione et servari volumus et deferri.

Data XV kal. jan. Actio II et Sigisvulto *(vv ec)* coss.

Item recitatum est:

XV. EXEMPLAR EPISTULAE PISSIMI IMPERATORIS HONORII AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

Omnibus quidem causis in quibus nostrum postulatur auxilium, intercessionem apud aures tuae clementiae profuturam negare non possumus, sed his maiorem necessario curam studiumque debemus, quibus sanctae sedis apostolicae desideria continentur. Nam cum favore divino nostrum semper gubernatur

^{b)} Conf. Act. 4, 32.

XV. Scripta post acceptam legem Theodosii [I d. d. 14. Iul. 421 (Cod. Theod. XVI 2, 45). - Edd. H p. 81 — M p. 759. C p. 1029 = ML 20, 679.

53. ueniatur: *V.* 54. geratur: *V.* 55. vos: *HCM.* 56. sanctitatis: *HCM.* 57. actum: *V.* 59. sustentetur, firmitatem et: *HCM.* 64. nos: *V.* 64. discordiam: *V.* 66. illius: *VHCM.* 66. et nos et illas: *V.* et nos Illyricanas: *HCM.* 69. Actio ter: *V.* Actio iterum: *HCM.* Segisvulto: *VHCM.*

2. & Theodosium: *V.* 5. profuturam: *qm. HCM.* 5-6. legare: *V*

imperium, procul dubio illius urbis ecclesia speciali nobis cultu veneranda est, ex qua et Romanum accepimus (imperium), et principium sacerdotium. Siquidem nihil aliud a pietate nostra postulaverit missa legatio, nisi quod catholicae fidei disciplina et aequitatē concordet. Petit enim ut haec privilegia, quae dum a patribus constituta usque ad tempora nostra servata sunt, inconcussa perdurent. In qua parte perspicit serenitas tua, nihil vetustis decretis, si quae canonicis conscripta sint regulis, penitus derogandum, nec tot saeculorum reuerentiam novellis praeiudiciis sauciandam, domine (sacratissime fili, auguste venerabilis).¹⁾ Unde maiestas tua recensit̄is nostrae pietatis affatibus, christianitatis memor, quam pectoribus nostris misericordia caelēstis infundit, universis remotis, quae diversorum episcoporum subreptionibus per Illyricum impetrata dicuntur, antiquum ordinem praecipiat custodiri, ne sub principibus christianis Roma-na perdat ecclesia, quod (sub) aliis imperatoribus non amisit.

Item recitatum est:

XVI. RESCRIPTUM THEODOSII AUGUSTI AD HONORIUM AUGUSTUM.

Dignum meretur iudicium, quisquis perennis principis affatus ad nostram videtur deferre clementiam, domine sacratissime pater, auguste venerabilis, tum praecipue christianaē religionis intuitu, quae venerandis sensibus maiestatis tuae ita

¹⁾ Haec ad analogiam similis allocutionis in epistula Theodosii II ad Valentinianum III «δέσποτα ἀγνότατε νὲ καὶ προσκυνήτε βασιλεύ.» (ACO II 1, 1 p. 7, lin. 10) supplevi; conf. infr. XVI, lin. 5. —

XVI. Edd. H p. 83 = M 759. C 1030 = ML 20, 770.

10. Romanum principatum accepimus: *HCM.* 12. postulauerint: *V;* disciplinae et aequitati: *HCM.* 16. decretis seq.; *V.* 17. deroganda: *V;* nec totis: *V,* nec tot iam: *HCM.* 18. sociandam: *V.* 20. peccatoribus nostris *V.* 22. impetratur: *V;* impetrari: *HCM.* 24. quod allis: *VHCM.*

1. recitata: *V.* 5. affatur: *V.* 6. sancte: *VHCM;* tunc: *V.*

infusa est, ut per nostra corda latius porrecta servetur. Deus enim auctor ideo praeſules fecit christianorum principum posteros, ut omni subreptione frustrata, id quod a maioribus nostris constitutum est, reservetur. Et quanquam non solum in his quae divina suffragia incorrupta servarunt, affatus perennitatis tuae a nobis reseruentur, mereanturque affectu celeri omni veneratione suscipi, tum praecipue haec res, quae ad saeculi totiusque regni nostri sospitatem illius inclitae urbis nomen hactenus servat. Unde omni supplicantium episcoporum per Illyricum subreptione remota, statuimus observari, quod prisca apostolica disciplina et canones veteres eloquuntur. Super quam rem secundum formam oraculi perennitatis tuae ad viros illustres praefectos praetorii Illyrici nostri scripta porrexiimus, ut cessantibus episcoporum subreptionibus, antiquum ordinem specialiter faciant custodiri, ne venerabilis ecclesia sanctissimae urbis privilegia a veteribus constituta amittat, quae perenne nobis suo nomine consecravit imperium.

9. auctori do: *V.* 11. reseruatur: *V.* 13. obseruentur: *HCM;* mereanturque: *om.* *HCM:* affectus *V;* oma: *V,* omnique: *HCM.* 14. suscepta: *VHCM;* que acili: *V;* quia saeculi: *HCM.* 15. nr̄is hospitate: *V.* 22. eccl̄as sc̄issima orb: *V;* sanctissima *HCM.* 23. priuilegium: *V;* perennem: *V.* 24. suis nominis: *V;* sui nominis: *HCM.*

Item recitata est:

18. XII. 45.

XVII. VICTORES VALENTINIANUS ET MARCIANUS INCLITI, TRIUMPHATORES, SEMPER AUGUSTI, SANCTO PATRI MERITO VENERABILI LEONI EPISCOPO: [uti speraverunt ecclesiam Constantinopolitanam secundam sedem fieri debere, quod non est concessum].

Divina humanaque scripta consentiunt, divinitatem imprimis esse venerandam, et ibi omnipotentem Deum esse propitium, ubi colatur rite religio. Id ergo quod quaerebamus invenimus, et effectum vota nostra meruerunt. Invenit religionis fidem religiosus affectus, nec dubium est, Deo auctore definitum, quod de maiestate quaerebatur. Explosa igitur contentione atque discordia, quam livor, fidei inimicus obiecerat, Deum omnes una mente cognoscunt. Jam non incusamus perfidos, nec sumus ingratii. Religionis inimici praestiterunt nobis, ut Deum studiosius quaremus, manifestius inveniremus. Maius etenim lumen videtur, quod post tenebras fulserit, dulcior est sicutibus potus, fessis otium. Laetetur igitur sanctimonia tua victoria fidei. Huius laurea omnipotenti Christo referenda est, qui de perfidis egit triumphum. Atque ideo ipsi interesse sanctae synodo festinavimus, quamvis nos in aliis locis expeditiones et necessitates publicae detinerent. ^{a)} Itaque omnia pro votis atque orationibus religionis tuae, quae fidei conveniunt, auctore Deo sunt ordinata. Totius orbis, qui sub imperio nostro est, reverentissimis episcopis Cal-

XVII. *Edd. H p. 103 = M p. 764. B n. 100 = ML 54 970. Σ n. 114.*
Textus graecus: ML 54 972. ACO II 1, 2, p. 55. Seeck, p. 395. --
a) Conf. Marcius epistulam ad Synodum, Nicaeae adhuc expectantem, Heracleae d. d. 22. Sept. datam: ACO II 3, 1, p. 22.

4. ut disperauer: *V*; ut sperauerint: *H/M*; ut sperauerit: *BΣ*.
 4-5. ecclesia Constantinopolitana secunda sedes: *V* (sede), *BΣ*. 9. collitur: *B*. 12. malestate (eius): *Σ*. 14. perfidos nec sumus: *om. H/M*.
 14-15. ingratii religionis inimicis: *Σ*. 18. uictoria. Fidel huius: *H/M*; fidel, culus: *B*. 19-20. triumphum, atque: *Σ*. 22. orationis: *V*; oratione: *HBM*.

25 cedonam convocatis, tractatu habito post multa certamina vera fides optimuit, et iuxta litteras sanctitatis tuae^{b)} universi assenserunt expositioni, prout veritas postulavit. Nec dubitamus huius rei gratulationem nobis et sanctitati tuae esse communem pariterque laetari, quos pariter manifestum est, optasse veritatem. Superest ut universis pro catholica fide et pro veritate compositis, et pace ecclesiae restituta, votis omnibus in perniciem hostium sanctitas tua divinam provocet maiestatem, quod te et ante litteras nostras facere certissimum est.

Quoniam vero et hoc statutum est, ut ea quae CL sanctissimi episcopi sub divo Theodosio maiore de honore venerabilis ecclesiae Constantinopolitanae statuerunt, et quae nunc a sancta synodo de eadem re statuta sunt, firma serventur, scilicet, ut post sedem apostolicam Constantinopolitanae urbis antistes secundum obtineat locum, quoniam et eadem splendidissima civitas iunior Roma nuncupatur, dignetur sanctitas tua etiam huic parti proprium adhibere consensum, quamvis reverentissimi episcopi, qui tuae religionis vicem agentes, ad sanctam synodus convenerunt, contradixerint. Vehementer enim prohibebant, de hac venerabili ecclesia *(a)* synodo aliquid ordinari. *(c)* Speramus autem, quod concordantibus toto orbe sacerdotibus, ea quae rei publicae Romanae proderunt, divinus favor praestare dignabitur. Qua de re per Lucianum virum religiosum, episcopum, et Basilium diaconum, harum portatores, omnia vere insinuari oportere censuimus, et petimus, ut ea quae sancta syndodus statuit, etiam religio tua in perpetuum praecipiat observari.

Et alia manu: *Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater.*

Data XV kal. Januarias, Constantinopoli, D. N. Marciano pp. aug. et qui fuerit nuntiatus coss.

^{b)} Tomum scilicet; conf. ACO II 3, 1, p. 133, 26-28. — ^{c)} Conf. 6. Leonis M. epistulas XXXVII-XL in TD 20.

39. Splendidissima: *V.* 44. prohibeant: *V.*; eccl. syndodo: *V.*; a syndodo: *HBM*; *(in)* syndodo: *S.* 48. portatores: *HM*; uero: *V.* 54. dn.: *V.*; D.N.; *HBM*; DÑO: *S.*

<Item recitata est>:

22. V. 452.

XVIII. LEO EPISCOPUS MARCIANO AUGUSTO.

Magno munere (*Vid. TD 20, n. XXXVII*).

Item recitata est:

22. V. 452.

XIX. DILECTISSIMO FRATRI ANATOLIO <EPISCOPO>, LEO <EPISCOPUS>.

Manifestato sicut (*Vid. TD 20, n. XXXVIII*).

Item recitata est:

22. V. 454.

XX. LEO EPISCOPUS MARCIANO AUGUSTO.

Litterarum clementiae (*Vid. TD 20, n. LVII*).

Item recitata est:

XXI. SANCTISSIMO AC BEATISSIMO COEPISCOPO PAPAE LEONI ANATOLIUS IN DOMINO SALUTEM.

Omne quidem solacium prorsus atque auxilium, quod vitae laboriosae curisque vallatae ratio flagitaret, in vestra positum sperans esse beatitudine, totius sarcinam mihi sollicitudinis inde merito leviorem fore credideram. Nunc vero cunctis aliis acrior me pressit anxietas, quam diutina peperit vestrae non solita sanctitatis intermissio litterarum, maxime cum mihi quae scri-

XXI. Scripta a. 454 in. Conf. s. Leonis M. epistulam LVII in TD 20, lin. 24s. et infr. lin. 50. — Edd. L. ALLATIUS, *De Ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua consensione*, Coloniae 1648, p. 407 s. H p. 132 = M p. 766. B n. 132 = ML 54, p. 1082. Σ n. 115.

4. Omnem: V; auxilio: V. 8. solito: V.

10 ptae essent a vobis alias ostenderentur epistulae, quae maius
 facerent etiam doloris augmentum qui frequentius cuperem po-
 tiri vestris affatibus, ut illa vobis oboediendo complerem, quae
 vestris omnifariam perfectissimis sensibus placita videbantur.
 Nam penitus absit, ut eis ego quaecunque mihi fuissent man-
 data per litteras adversarer. Quia tamen piissimus et christianis-
 simus princeps, qui consultissimae suae providentiae bono, tam
 res universas regit humanas, quam philosophia divinarum pol-
 let ubique virtutum, cum quibus aemula pietate zelare non ces-
 sat, cum sic moderatur genus humanum, ut id studio religionis
 20 in Deum reddat attentius, vestrae beatitudinis litteras mihi sub-
 legit, ea statim, quae continebantur eis, ut placita vobis implevi.
 Quod me facere vel communis pacis utilitas, vel quod decuerat
 hortabatur. Et reverentissimus quidem sacrosanctae nostrae ec-
 clesiae presbyter Aetius^{a)} in priore loco atque honore ecclesiastico
 25 <a> nobis est restitutus, omne quod episcopii nostri est, modeste-
 faciens ipse responsum. Andreas autem, qui non provectus a
 nobis, sed gradu faciente, archidiaconi dignitate fuerat hono-
 ratus, ab Ecclesia separatus est, cum his qui contra sanctae me-
 moriae patrem nostrum atque episcopum fuerant Flavianum,
 30 qui etiam partis antea perfidissimi fuerant Eutychetis, quamvis
 excusationibus plurimis in suscriptionibus propriis, quas episto-
 lae sanctitatis vestrae subdiderant, iam viderentur satisfecisse
 praeteritis, eousque quam diu quod vobis placitum super iustis

^{a)} Conf. C. SILVA-TAROUCA *Nuovi Studi sulle antiche lettere dei Papi*, Roma 1932, p. 141 ss. (*Gregorianum XII*, 1931, p. 583 ss.) et
infra n. XXII.

10. alias: *V*; aliis: *AHBM*; allae: *S*. 11. facerent doloris: *AHBM*
 facerent ei: *S*. 12. oboediendo: *V*. 13. omnifariam: *V*. 15. piissi-
 mus: *V*. 18. aemula pietatis zela...: *V*; aemula pietatis Ecclesia: *A*;
 aemula pietatis zelare: *HBM*; aemulari pietatis zelo: *S*. 20. reddit: *B*.
 21. impleuit: *V*; nobis impleuit: *A*. 23. sc̄arosca: *V*. 25. a: om.
VAHΣ, add. In nota: *MB*; cpl: *V*; episcopi nostri: *AHMR*; *B* In nota:
 forte episcopī; episcopi <et> nostri: *S*. 29. parē: *V*. 31. plurimis in
 ascriptionibus: *V*; plurimis et subscriptionibus: *HBMΣ*; plurimis voti
 subscriptionibus: *A*. 33. Superstītī: *V*; superstītibus: *A*.

fuerit ordinatum. Considerans ergo beatitudo vestra, quam nostrae coniunctio caritatis ipsi Domino Christo, qui pax nostra consistit, grata futura sit, et quantum fidelissimi principis animus exultabit, et quam pariter universa plebs Dei et Ecclesiae Christi procul ab omni discordia liberae permanebunt, litteris suis nos laetificare dignetur, quibus illo perfici valeamus affectu, quem prudentissimis vestris insitum copiose iam novimus vigere praecordiis, ut perceptis alacriter vestrae sanctitatis epistulis, et gratias agamus Domino Deo nostro Christo, qui totius difficultatis vincula disruptit, eidemque vota sollemnia pro vestra beatitudine persolvamus.

De his autem, quae Constantinopolitanae gratiae sedis sancta sunt in Calcedonensi nuper universalis synodo, pro certo beatitudo vestra hoc habeat, nullam esse culpam in me, homine qui semper otium et quietem, in humilitate me continens ab ineunte mea aetate dilexerim, sed Constantinopolitane ecclesiae reverentissimus cleru^{b)} est, qui hoc habuit studium, et istarum partium religiosissimi sacerdotes qui in hoc fuere concordes, et sibi pariter adiutores, cum et sic gestorum vis omnis et confirmatio auctoritati vestrae beatitudinis fuerit reservata. Hoc igitur bene compertum sanctitas vestra cognoscat, nihil ex meis istius causa factum esse negotii, qui semper omnem iactantiae levitatem, et aliena adipetendi cupiditatem mihi vitanda creditur.

Omnem fraternitatem in Christo quae cum vestra est sanctitate, tam ego ipse quam mei plurimum salutamus.

Et subscriptio litteris graecis.

b) Conf. Gelasii epistulam « Valde mirati », CSEL 35, n. 95, p. 389 lin. 1.

36. grā: V. 37. exsultauit: VA. 39. perfrui: Σ. 40. nouis-
simus: V. 43. disrupit: V; disruppit: AΣ; eademque: V per ue-
stra: V. 45. De hoc: VA. 45-46. sc̄a ē: V. 49. abeunte:
V. 50. et in: V. 51. religiosissimis: V. 56. aliena: V; vitan-
dam: ΑΗΒΜΣ.

Item recitata est:

29. V. 454.

XXII. DILECTISSIMO FRATRI ANATHOLIO <EPISCOPO> LEO <EPISCOPUS>.

Si firmo incommutabilique proposito dilectio tua curam gratiae communis habuisset, nihil profecto quod ullam anxietatem tibi imgereret extitisset. Non enim sinebat ratio, ut eius caritatem spernerem, quem amore pacis et studio reparandae catholicae fidei inter ipsa episcopatus rudimenta iuvasse, optans in ecclesiasticis curis talem habere consortem, ut mihi de sanctis predecessoribus tuis nec Johannis spiritalem copiosamque doctrinam, nec auctoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidem beati Flaviani deesse sentirem, et ita studiis tuis uterer, ut nullus auderet, vel fidei catholicae resultare, vel Nicaenis venerabilem patrum regulis contraire. Sed cum <in> iniuriam canonum, ut agnoscis, illa tentata sint, quae omnibus ecclesiis scandalum maximum generarent, quid aptius ac modestius facerem, quam ut te primum ut ab hac intentione discederes fraterno animo missis litteris admonerem. Ad quas cum non rescriberes, ipse te a colloquii mei consortio separasti. Denique inde iam tacui, sed clementissimo principi, custodi fidei, frequenti litterarum petitione suggesti, ut pro pace ecclesiarum, quam tibi maxime prodesse cognoscis, haec, quae nunc a tua dilectione facta sunt, implerentur. Cui ineffabiles gratias ago, quod secundum erudititionem Spiritus sancti, cuius est virtute plenissimus, sacerdotali dignatur studere concordiae, sciens sibi orationes supplicantium copiosius profuturas, si famuli unius Domini in nullo sint a vere pacis unitate divisi.

Quod ergo in Constantinopolitana ecclesia quaedam in officiis clericorum correcta significas, ut et Aetium presbyterum in tuam gratiam affectionemque revocaveris, et Andream ab

XXII Edd. H p. 137; B n. 135; Σ n. 79. - JK 509; Seech, p. 400. - Conf. epist. LVII in TD 20, lln. 15.

10. processoribus: *V*; predecessoribus: *H*; praecessoribus: *BΣ*.

11. Procull: *V*. 16. artius: *V*. 25. sint habere: *V* (corr.). 30. tua grā: *V*; gratiam tuam: *HB*.

archidiaconi actione submoveris, nobis placuisse rescribo, quia existimationem tuam ut optabam, plurimum erigit atque commendat. Et merito post correctionem in oblivionem deducitur, quod reprehensione obnoxium videbatur, cum hereticorum projectione et discipulorum sanctae memoriae Flaviani iniuria gravareris, quae nunc simul ab omni offensione cum tui, ut volui, laude cessabunt, quia in ordinationem suam, quae fuerant turbata, redierunt.⁴³ Andream sane qui rationabiliter archidiaconi est privatus officio, et Eufratan, qui sanctae memoriae Flaviani, ut comperi, improbus extitit accusator, si professionibus plenisime scriptis, non minus Eutychianam heresim, quam Nestorianum execrabile dogma condemnant,⁴⁴ quoniam venia est praestanda correctis, presbyteros consecrabis, ut sibi remedium catholicae fidei sentiant profuisse, electo primitus et probato, qui archidiaconi officium possit implere, id est, quem nulla umquam praedictarum impietatum fama resperserit.⁴⁵ Ceteri vero, quos par reatus involverat, si veniam simili professione cum satisfactione depositunt, suis ordinibus reformatur, his tantum ad officiorum primatum admissis, quos ab omni errore liberos fuisse constiterit. Illam autem culpam, quam de augenda potestate, aliena ut assesis adhortatione contraxeras, efficacius atque sincerius tua caritas diliuisset, si quod temptari sine tua voluntate non potuit, non ad sola clericorum consilia transtulisses, quia sicut in mala suasione delinquitur, ita et in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi frater karissime est, quod dilectio tua profitetur sibi displicere . . . , ut tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiae communis regressum professio dilectionis tuae et adtestatio principis christiani; nec videtur tarda cor-

⁴³) Hac forte occasione compilatae sunt professiones fidelis contra Nestorium et Eutychen, quarum formulae existunt in collectionibus Quesnelliana (ML 56, 678 et 690) et Novariensi (ACO IV 2, p. 98).

32. aestimationem: *H.* 34. reprehensioni: *V.* 36. grauaueris: *V;* & volui: *V.* 37. cessarunt: *B;* ordinem: *BΣ;* 42. commendant: *V.* 43. consecrab: *V.* 47. simul professione: *V.* 53. concilia: *V.* 56. tua id: *HB;* lacunam statul; add. commissum; displicere quod tunc. *HB:* 58. correptio: *V.*

rectio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abiciatur penitus
 60 concessi iuris, qui dissensionem fecerat, appetitus. Sufficient
 quos sanctorum patrum providentissima decreta posuerunt
 <limites>, ut quieta sit suis meritis et antiquis privilegiis dignitas
 omnium sacerdotum. Renovetur et maneat in te dominicae ca-
 ritatis affectio, ad quam dilectionem tuam saepius cohortatus
 65 sum, cum fratre et coepiscopo nostro Juliano, qui communem
 gratiam semper optavit, cuius industria et sollicitudines tuae re-
 levabuntur, et fides catholica munietur. Super omnia autem fra-
 terna caritate hortor et moneo, ut ea quae ad gloriam vel mun-
 70 men pertinent sacerdotalis officii, Nicenorum canonum univer-
 salis Ecclesiae pacem servantia decreta custodias. Sic enim inter
 Domini sacerdotes inviolata caritas permanebit, si paribus stu-
 diis, quae sunt a sanctis patribus constituta, serventur.

Data IIII kal. iun. Aetio et Studio vv. cc. coss.

Item recitata est:

12. I. 444.

XXIII. DILECTISSIMO FRATRI ANASTASIO (EPISCOPO) LEO (EPI- SCOPUS).

Omnium quidem litteras sacerdotum grato nos relegere
 animo alterni nos collegii caritas facit, cum per spiritalem gra-
 tiam tanquam praesentes amplectimur, quibus sermone mutuo,
 epistulis commeantibus, sociamur. Sed maior nobis in his esse
 videtur affectio, in quibus de statu ecclesiarum certiores
 effecti, ad exercendae sollicitudinibus vigilantiam officii nostri

XXIII. *Edd. H p. 143; M p. 767; B n. 6. - JK 404. Seecch p. 374.*
Conf. epistulam ad eundem Anastasium JK 411, B n. 14, quae quidem
in nostra collectione non existit, attamen hanc epistulam 23 supponit.

59. Abiciuntur: *V.* 60. discessione: *V;* Sufficient limites: *HBS.*

64. quohortatus: *V.* 67. fide: *V;* minueturi: *V.* 68. vel ad: *HB.*

69. asacerdotalis: *V.* 71. uiolata: *V.*

5. fraterni: *HBM.* 6. sermones: *V;* epistolle mutuo: *HBM.*
 7. videtur esse: *B.*

consideratione conpellimur, ut in speculis quemadmodum Do- 10
minus voluit constituti, et pro voto nostro currentibus rebus
nostrum commodemus adsensum, et ea quae depravari aliqua
usurpatione perspicimus, adhibitaē coherenceonis remediis cor-
rigamus, sperantes iacti seminis responsurum nobis uberem
fructum, si non sinamus crescere, quae in messis detimenta 15
dominicae caeperint pullulare. Postquam itaque nobis petitio
tuae dilectionis innotuit per filium nostrum Nicolaum presby-
terum, ut tibi quoque a nobis, sicut decessoribus tuis, per Illy-
ricum cum nostra vice propter custodiam regularum auctoritas 20
praestaretur, praebentes assensum, nostra adhortatione compel-
limus, ut nulla dissimulatio, neglegentia nulla proveniat circa 25
ecclesiarum regimen per Illyricum positarum, quas dilectioni
tuae vice nostra committimus, beatae recordationis Siricī exemplum 30
secuti, qui sanctae memoriae Anysio, praedecessori tuo,
bene de apostolica sede tunc merito, et rebus post sequentibus
aprobato, certa tum primum ratione commisit *), ut per illam
provinciam positis, quas ad disciplinam teneri voluit, ecclesiis
subveniret. Gloriosa instantius exempla sequenda sunt, et quo- 35
rum privilegiis uti cūpimus, eorum nos similes in omnibus ap-
probemus, imitatoremque *(te)* tam predecessoris tui, quam
decessoris, qui pari modo hoc et meruisse et egesse cognoscitur,
esse volumus, ut de profectu ecclesiarum quas tibi vice 40
nostra committimus, gaudeamus. Ut enim bene agenti, et quae
sacerdotali auctoritati convenienti sollertia exequenti, ad ho-
norem proficit res tributa, ita huic oneri esse cognoscitur, qui
commissa sibi potestate qua debet moderatione non utitur. Cre- 45
dita itaque tibi, frater karissime, gubernacula pervigil tene, et
mentis tuae oculos per omnia quae curae tuae videas iniuncta
circumfer, in mercedem tuam profutura custodiens, et his quae

*). Vide supra n. III.

10. Deus uoluit: *HM.* 12. comendemus *V.* 13. coherenceonis: *V.*
 15. in mercis: *V* (corr.) 17. Niholaum: *A.* 21. dissimulatione ne-
 glegentia: *V.* 30. Imitatorem te tam: *HBM*; praedecessoris: *HBM*.
 31. egesse cogoscitur: *V.* 32. prouectu: *V.* 35. huic honori: *V.*
 39. profuturo: *V*; his qui: *HBM*.

40 disciplinam canonum labefactare nituntur obsistens. Divinae legis sanctio veneranda et canonum specialius decreta serventur. Per commissas tibi provincias tales Dominō sacerdotes, quibus sola vitae et clericalis ordinis suffragentur merita consequentur. Nihil gratiae personali, nihil ambitioni, nihil redemptis
 45 permittas licere suffragiis. Examinentur diligentius et per longum vitae tramitem disciplinis eclesiasticis qui ordinandi fuerint imbuantur, si tamen illis omnia quae a sanctis patribus sunt custodita convenient, et *(quae)* beatum apostolum Paulum de talibus legimus praecepisse custodierint, ut unius uxoris vir
 50 sit, et hanc virginem, ut auctoritas divinae legis ^{b)} cavit, accepit. Quod ita sollicitius volumus custodiri, ut omnibus excusationibus locum adimamus, ne se quisquam credat posse ad sacerdotium pervenire, qui uxorem antequam Christi gratiam consequeretur accepit, qua deficiente alteram post baptismum
 55 coniunxerit sibi, cum negari uxor illa non possit, nec prioris coniugii numerus aboleri, et eorum ita sit pater filiorum, quos ante baptismum ex illa suscepit, quemadmodum et illorum sit, quos ex altera post baptismum noscitur suscepisse ^{c)}.... peccata et quae illicita esse noscuntur per lavacrum baptismatis
 60 abolentur, ita quae sunt legis praecepto concessa vel licita, non delentur. Nullus te inconsulto per illas ecclesias ordinetur antistes. Ita enim fiet, ut sint de eligendis matura iudicia, dum tuae dilectionis examinatio formidetur. Quisquis vero de me-

b) 1 Tim 3, 2: Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unus uxor virum; conf. Levit. 21, 10: Pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos... 13. virginem ducet uxorem. Conf. decretales Siricli ad Hilmerum ex a. 385, JK 255, et ad episcopos Africæ ex a. 386, JK 258, Innocentii I ad synodum Toletanam ex a. 404, JK 292. —
 c) Conf. eandem Innocentii epist. JK 292, et Innocentii «Magna me» ad episcopos Macedoniae et Dacie JK 303, a. 414.

43. suffragantur: B. 48. et qua: B. 49. legibus praecepisse constiterint: V. 51. ita: om. HM. 52. credendo: V. 55. adoleri: V. 58. fit: B, om. HM; noscit: B; suscepisse peccata: V; lacunam statut; add. quemadmodum enim sola. 60. praecepta: V; abolebuntur: VHM. 63. vero a: B.

tropolitanis episcopis contra nostram praeceptionem praeter tuam notitiam fuerit ordinatus, nullam sibi apud nos status 65 sui esse neverit firmatatem, eosque usurpationis suae rationem, qui hoc praesumpserint, reddituros. Singulis autem metropolitanis sicut potestas ista committitur, ut in suis provinciis ius habeant ordinandi, ita eos metropolitanos a te volumus ordinari, maturo tamen et decocto iudicio. Quamvis enim omnes antistites probatos et Deo placitos deceat consecrari, hos tamen praecellere volumus, quos praefuturos his qui ad se pertinent sacerdotibus neverimus. Quod dilectionem tuam sollicitius agere praemonemus et cautius, ut illud apostolicum custodire quod scriptum est, approberis: *Manus cito nemini impo-
sueris*⁴⁾. Ad synodus, quisquis fratum fuerit evocatus, occurrat, nec sanctae congregationi se deneget, in qua maxime contribuendum esse neverit, quod ad disciplinam poterit ecclesiasticam pertinere. Melius enim omnis culpa vitabitur, si inter sacerdotes Domini collatio frequentior habeatur. Emendationi 80 pariter et caritati plurimum praestat adunata societas. Illic, si quae causae natae fuerint, praestante Domino ita poterunt terminari, ut contentio nulla resideat, sed sola inter fratres caritas coalescat. Si qua vero causa maior evenerit, quae a tua 85 fraternitate illic praesidente non potuerit definiri, relatio tua missa nos consulat, ut revelante Domino, cuius misericordia profitemur esse quod sumus, quod ipse nobis aspiraverit, re-scribamus, ut cognitioni nostrae pro traditione veteris instituti et apostolicae sedis reverentia nostro examini ...vindicemus. Ut enim auctoritatem tuam vice nostra exercere te volumus, ita nobis quae illic componi non potuerint, vel qui vocem appellatio-nis emiserit reservamus. Haec itaque in omnium fratum facies notitiam pervenire, ut nullus deinceps per ignorationem in observandis his quae praecepimus, excusandi se repperiat

⁴⁾ 1 Tim. 5, 22. Conf. Sirici epist. ad episcopos Africae JK 258.

64. episcopus: *B.* 68. & in: *V.* 78. constituendum: *HBM.*
 83. solida: *H.* solido: *M.* 86. misericordiae: *VHBM;* possumus:
VHBM. 89. examine: *VHBM;* lacunam statul; add. causas,

os facultatem. Ad ipsos etiam metropolitanos singularum provinciarum nostra quibus eos moneremus scripta direximus, ut noverint apostolicis oboediendum esse sententiis, et tunc se nobis parere, cum fraternitati tuae ex nostra delegatione coeperint secundum ea quae scripsimus oboedire. Cognovimus sanè, quod non potuimus silentio praeterire, a quibusdam fratribus solos episcopos tantum diebus dominicis ordinari *), presbyteros vero et diaconos circa quos par consecrationis... debet, passim quolibet die dignitatem officii sacerdotalis accipere, quod contra canones et traditionem patrum usurpatio corrigenda committit, cum mos qui nobis est traditus, circa omnes sacros ordines debeat omnimodis custodiri, ita ut per longa temporum curricula, qui sacerdos vel levita ordinandus est, per omnes clericalis officii ordines provehatur, ut diuturno discat tempore, cuius rei doctor ipse futurus est.

110 Data pridie idus ianuarias Theodosio XVIII et Albino coss.

Item recitata est.

12. I. 446.

**XXIV. DILECTISSIMIS FRAT^{IS}. EPISCOPIS METROPOLITANIS
PER ILLYRICUM CONSTITUTIS LEO (EPISCOPUS).**

Omnis admonitio salutaris, quam Domino credimus aspirante contingere, in mercedem proficit monentis et moniti. Et ideo nos hoc libenter arripimus, quoniam placere Deo nostro non solum nostris, sed omnium fratrum consacerdotumque nostrorum actibus festinamus. In nostram enim recurrit gratiam, si ecclesiae sic regantur, ut nullus queri non iis aditus reseretur. Sit itaque dilectioni vestrae, fratres karissimi, dulcis et iucunda

* Conf. *Liber diurnus*, form. VI.

XXIV. Edd. H p. 152 = M p. 769; B n. 5. JK 403. Seeck p. 374.

102. lacunam statul; add. tempus obseruari; par consecratio fieri debet: *HBM*; passi: *V*. 105. mos quib.: *VHBM*, 108. proueaturs: *V*, cuius et doctor: *HBM*; facturus: *V*.

praeceptio, quam de sedis apostolicae auctoritate, servata caritatis gratia, manare noscatis, nec vobis aliquid iuris credatis imminui, si tam praesentibus quam futuris rebus videatis, ne illicitis praesumptionibus reseretur aditus, praecaveri. Cautius enim *(est)* usurpationibus antequam temptentur obsistere, quam quae usurpata fuerint vindicare. Et quia per omnes ecclesias cura nostra distenditur, exigente hoc a nobis Domino, qui apostolicae dignitatis beatissimo apostolo Petro primatum, fidei suae remuneratione, commisit, universalem Ecclesiam in fundamenti ipsius soliditate constituens, necessitatem sollicitudinis quam habemus, cum his qui nobis collegii caritate iuncti sunt, sociamus. Vicem itaque nostram fratri et coepiscopo nostro Anastasio, secuti eorum exemplum, quorum nebis recordatio est veneranda, commisisimus, et ut sit in speculis; ne quid illicitum a quoquam praesumatur, iniunximus. Cui in his, quae ad ecclesiasticam pertinent disciplinam, ut dilectio vestra pareat, admonemus. Non enim tam illi obtemperabitur quam nobis, qui hoc illi pro nostra sollicitudine per illas provincias cognoscimur commisisse. Volumus enim tales fieri Domini sacerdotes, quibus cuncta convenient, quae sunt ecclesiasticis canonibus definita, ut episcopi, presbyteri atque diaconi *(unius)* uxoris viri sint, secundum beati apostoli Pauli sententiam, et hanc secundum legis praecepta virginem accipiant, non viduam, non repudiatam, sicut legis scriptura testatur ^{a)}). Nec se quisquam aestimet posse ad sacerdotium pervenire, qui ante baptismum deficiente quam habebat uxore, alteram rursum postquam per gratiam baptismatis est renovatus acceperit, cum in baptimate peccata deleantur, non uxorum numerus abrogetur. Adeo autem in excusationem sui hoc obtendere non poterit, ut eorum se patrem filiorum, quos ante baptismum suscepere, negare

^{a)} Levit. 21, 13, 14.

12. gre: *V*; manere: *V*. 15. est: *om. VHBM*. 15-16. quanq.: *V*. 19. sui: *HM*. 20. fundamentis suis: *V*. 25. Cn in: *V*.
 29. Domino: *VHBM*. 30. diffinita: *V*. 31. epis prbrm atque diac: *V*; unius: *om. V*. 36. uxore: *V*.

non possit. Neque enim' uxor, quae ex legis praecepto ducitur, inter peccata quae abluuntur baptismate poterit numerari. Ad synodum quicunque fuerit evocatus occurrat, nec congregatiō se deneget, in qua ad eum pertinentes causas noverit esse tractandas^{b)}. Quicquid causarum ut assolet, inter consacerdotes evenerit, eius cui vicem nostram commisimus examini reservetur, ut illo sub Dei timore praesule, omnis ambiguitas tñniatur. Nihil in eius aut nostram contra haec quae constitui-
mus, presumatur iniuriam. Eius nobis relatione, si quid ad nos referendum fuerit innotescat. Ita enim vos ad illum pertinere volumus, ut ad vos, vestrarum provinciarum pertinent sacerdotes. Qui ergo iure sibi debito uti cupiunt, apostolicae sedis autoritatem concessam per suam contumaciam imminuere non nitantur. Ut vero vestrae dilectioni provinciae suae ordinatio permittitur sacerdotum, ita fratrem et coepiscopum nostrum Anastasium de ordinando antistite volumus consulatis, cui metropolitani episcopi consecrationem statuimus reservari, ut eo inquisitore atque custode, cum certus licenciae modus imponitur, ecclesiasticae disciplinae in omnibus ordo servetur.

60. Ipsum vero secundum definita canonum *(de)* hoc vestra dilectio nostris epistulis^{c)} admonitum esse cognoscat, ut de statu ecclesiarum vestrarum certiores subinde sua relatione nos faciat, sciturus sibi a nobis imputandum, si quid de his quae statuimus, a quoquam fuerit temeratum. Si quae vero causae graviores vel appellaciones emerserint, eas sub ipsius relatione ad nos mitti debere decrevimus, ut nostra secundum ecclesiasticum morem sentencia finiantur. Haec vero quae per filium meum Nicolaum presbyterum scripta direximus, recurrentibus litteris, ut vos eadem sciamus accepisse, rescribite.

70. Data prid. id. ian. Theodosio XVIII et Albino cons.

^{b)} Malor paginae pars folii 71^o post verbum *tractandas* vacua relicta est; alia manus scripsit f. 72 et ss. quae sequuntur. — ^{c)} Supra n. XXIII; llin. 85 ss.

44. ad dñm: *V*; ad Deum: *HBM*. 45. *tractandas*. Lacunam statull *B*; qui tamen codicem *V* non vidit. 50. ad illius: *V*. 53. auctoritate concessa: *VHBM*. 56. *antistitem*: *V*. 58. *Inquisitorem* atque custodem: *V*. 60. *definitio*: *V*. 61. *nisi*: *V*. 66. *debere* *decre-*
bitus: *V*. 70. *aliuino*: *V*.

60 XXV. Leo episcopus Senecioni, Caroso ceterisque metropolitanis

Item recitata est:

⟨6.⟩ I. 446.

XXV. DILECTISSIMIS FRATRIBUS SENECONI, CAROŠO, THEODULO, LUCAE, ANTIOCHO ET VIGILANTIO METROPOLITANIS PER ⟨ILLYRICUM⟩ CONSTITUTIS^{a)}, LEO ⟨EPISCOPUS⟩.

Grato animo epistolas nostras a tua dilectione susceptas recurrentis paginae sermone^{b)} testatus es, quas nos pro ecclesiarum statu et pace solliciti, ne quid novella praesumcio erroris afferret, noscimur direxisse, volentes a sacerdotibus Domini custodiri, quae sedis apostolicae auctoritas crebra constituit, scilicet ut per Illyricum ecclesiae constitutae ad curam fratris et coepiscopi nostri Anastasii, Thessalonicensis urbis antistitis pertinerent, ut si quae maiores inter episcopos causae sunt, quae in provinciis suis nequeant terminari, ad eius noticiam referantur, et eodem arbitro sub divini timore iudicii componantur. Servetur hic ordo sacerdotali concordiae profuturus, ut ecclesiae Domini concordi quemadmodum cupimus consilio construantur, et nullum insidiante diabolo aditum possit praebere dissensio, per quam valeat dissipare, quae nos magno studio, habita cupimus moderacione connectere. Invitati fratres in causis maximis, et quae intra provincias suas finiri nequeant, terminandis, si nulla gravi necessitate retinentur, fraterno se studio pro Ecclesiae utilitate non denegent, maxime cum moderacio

XXV. Edd. H p. 158 = M p. 771; B n. 13. JK 409; Seeck p. 376.
— a) «Metropolitanis per Illyricum» inscribendam esse epistulam et non «per Achalam provinciam» demonstrant infr. llin. 34 «Achalaen provinciae metropolitanum» et factum, quod Senecioni et Lucae et Vigilantio, qui Scodrae in Praevalitana, Dyrachil in Epiro Nova et Larissae in Thessalia metropolitani sunt, inscripta apparet. — b) Conf. supra n. XXIV llin. 67 «recurrentibus litteris». Non mireris transitum a singulari (lin. 5, 30) ad pluralem numerum (lin. 54): conf. TD 20 n. 65, llin. 5, 14, 16, 18, 28 ss. Haec utique probant textum non ex originali, sed ex registro desumptum esse.

4. per Achalam provinciam: VHM; per Illyrici provincias: B.
5. a vestra: HBM. 6. sermo testatus est: HBM. 7. solliciti: V; nobilia: V. 15. profuturis: V. 18. discipare: V. 20. finire: VHM.
21. fraternalum studium: B.

nostra providerit, ut non frequens, nec pro levibus causis con-
 veniendi necessitas indicatur, et binos ternosve episcopos de-
 25 singulis provinciis adesse sufficiat, ut leve fiat paucis, quod
 multis esset onerosum, atque ita efficiatur studio caritatis, ut
 sacerdotalis tractatus ea. quae ad disciplinam possunt ecclesia-
 sticam pertinere sancto sibi Spiritu revelante constituantur. Id enim
 nos, volentes quorundam inobocdienciam iusta coercitione cor-
 30 rigere, tua noverit dileccio definisse, ut quisquis superbo ani-
 mo, cum nulla corporis vel causae fuerit necessitate detentus,
 fraternum saepius voluerit vitare conventum,... est iudicandum.
 Et quia memorati fratris nostri sollicita relatione cognovimus,
 Achaiae provinciae metropolitanum illicitas et constitutis patrum
 35 nostrisque auctoritatibus interdictas ordinaciones saepe cele-
 brasse, illudque suis ausibus addidisse, ut Thespiensisbus invitatis
 et repugnantibus, incognitum et ante non visum episcopum con-
 secraret, nulli prorsus metropolitano hoc licere permittimus,
 ut suo tantum arbitrio, sine cleri et plebis assensu, quemquam
 40 ordinet sacerdotem, sed cum Ecclesiae Dei praeficiat, quem to-
 tius civitatis consensus elegerit. Ut itaque nos desides non su-
 mus in monendo quae custodiri debeant quaeque vitari, ita in
 exsequendis illis atque servandis neminem esse patimur negle-
 gentem, cum custodientem talia laus dignissima comitetur, et
 45 fructus, ut speramus, a Domino uberior obsequatur, devium
 vero et apostolicae constitutionis oblitum, obnoxium habitura-
 sit et ecclesiastica et divina censura. Illud quoque pari obser-
 vantia ad sacerdotalis concordiae vinculum ab omnibus volu-
 mus custodiri, ut nullus episcopus alterius episcopi clericum
 50 sibi audeat vindicare, sine illius ad quem pertinet cessione, quam
 tamen evidenter scripta contineant, quoniam hoc et canonum
 definit auctoritas, et ipsa servandae unitatis racio docet, ne
 omnis ordo ecclesiasticus per hanc licentiam efficiatur insta-

23. ne pro: *V*; neque pro: *B*. 24. de: *om.* *B*. 28. reuellante:
V. 29. Iuxta coercione: *V*; lucta coercione: *H*; lucta coercitione: *B*.
 30. vestra noverit: *HBM*. 32. conuentum est iudicandum: *V*; conven-
 tum, se sciat esse iudicandum: *HBM*; lacunam statul. 34. acalq pro-
 uincie: *V*. 36. addisse: *V*. 37. consecrarem: *V*. 38. IIII prorsus:
V; IIII... non permittimus: *HM*; nulli: *B*. 50. vindicari: *V*; siue: *V*;
 53. stabili: *V*.

bilis. Altius itaque, fratres karissimi, quae a nobis pio mentis affectu decerni perspicitis, in pectora vestra descendant, ut nos qui sollicite cupimus servare unitatem Spiritus in vinculo pacis^{c)} praceptionis nostrae fructum percipere ex vestrae dilectionis operibus gratulemur. Volumus enim tam vestrum esse, quam nostrum est, ut per caritatis gratiam constituatur, quod nulla insidiantis diaboli arte violetur. Ple-⁶⁶ nius vero observari debent, quae caveri ad ipsum fratrem et coepiscopum nostrum Anastasium scripsimus^{d)}, eaque in verstram noticiam litteris ipsius volumus pervenire. A quibus fraternitatem vestram nolumus deviare, ut caritatem dominicam, custodita patrum sanccione servemus.

Data VIII *(idus) ian.* Aetio III et Symmacho uu cc cons.

Item recitata est:

XXVI. DILECTISSIMO FRATRI ANASTASIO *(EPISCOPO)* LEO *(EPI-SCOPUS)*.

Credebamus post epistulas nostras pro ecclesiasticae disciplinae observacione transmissas, omnibus aditum praesumpcio-⁶⁷ nibus pracludendum, cum ad consultacionem dilectionis tuae

^{c)} Ephi. 4,3. — ^{d)} Conf. sequens epistulae Leonis ad Anastasium fragmentum, lin. 31 ss.

